Alienatio facta contra debi tam formaz iuris nulla est ipso iure licet facta fuerit in casu cōcesso.xij.q.ij.sine exceptione.ut in glo.de facto et extra de restit.in integ.constitutus et de hijs que fiūa maiori parte ca.c.j.et tali alienatiōi rei ecclesiastice quilibet de collegio cōtradicere potest extra de rebus eccle.nō alien.si quis vbi de hoc in glo.de facto. ¶Itē alienatio fundi dotalis nō valet etiā si mulier consen tiret.nisi cōsensus huius iuramēto firmetur.C.ad velle.autem.si finem ꝛ extra de iureiurādo cum contingat.Itez alienari nō potest qđ a donatore alie nari veratur ar.extra de condi.ap.ve rum vbi de hoc. ¶Item alienare non valens rem in iudiciū deducere nō po test.ff.de iure delibe.ait preterea hoc ha bes extra de procu.c.j.in glo.littera se quens. ¶Item alienatio quam facit aliquis ne conueniatur per litteras pape ꝛ causa mutandi iudicij nō valet quin conueniri possit talis alienator extra de restitu.in integ.c.j. ¶Similiter alienatio rei litigiose nulla est.C.de litig.l.vj.ꝛ extra vt lite pen.c.iij. ¶Si militer si alienat quis rem non litigio sam presumitur tamē de ipsa litigium tenetur ad interesse.i quanti interest illius rem alienatā non esse.ff.de alie. causa mu.iudi.l.j.ꝛ extra codē titu.c.j. vbi de hoc in glo.transferēdo ¶Item qui alienat possessiones li.pēdēte alias equiualētes loco illarum restituat que succedent loco priorum si alienator fuit cūbat extra vr li.pen.c.ecclesia sctē. vbi de hoc in glosa a monasterio.

UVA. BHSC. IyR_347_2

¶ De alimentis.

Quis debeat alimenta prestare et cui et an super hijs transigi possit vbi fiat alimenta prestanda et vtrum pinguis vel tenuis debeat esse prestantia alimentorum quando pluribus et quomodo a pluribus sint alimēta prestanda et que sint que alimētorum petitionem impediant vltimo quomodo de alimentis sit cognoscendum.

¶ Quis alimenta debeat prestare et cui.

Alimenta debent prestari filijs a parentib⁹ et parētes a liberis sunt alendi. vt. C. de alen. libe. a pa. l. j. ij. iij. et viti. ¶ Item dico in naturalibus tantum ex vnica concubina natis. C. de naturalibus libe. aut. licet. Secus in hijs qui sunt ex incesto coitu nati vt. C. de incestis nup. aut. ex complexu hoc verū est si ille qui petit ali inops est ille cui petitur est locuples vt. C. de alen. libe. l. ij. et. ff. de agno. lib. l. si quis a liberis. §. si pubes. Quid si ex arte sua se pascere possit dicendum quod non debet petere alimenta nisi sit infirmus vt. ff. e. si quis a liberis. §. ij. et. §. alimenta et. l. vlt. ¶ Item dico de emancipatis vt. ff. e. si quis a liberis. §. j. flam et vulgo que siri alentur a matre vt ea. l. §. ij. Quid si nepos sit ex filia pascet ab auo materno. Si a paterna linea ali nō possit vt arg. ff. si quis ali. §. fi. et. §. si mat et. l. pe nul. Quid de filio adoptiuo idem. vt. ff. de adopti. onera. ¶ Item vir alit vxorem et nurum et pronurum. vt arg. ff. vt in pos. l. j. i. pul. ff. familie hercisc̃unde si filia. §. j. ff. de donationi. inter virū et vxorem si quis proxore. j. respon. fallit hoc si in contrarium pactio fiat. vt ff. de in rem ver. l. fina. ff. de doli excep. pacti. j. respon. Quid si est mulier locuples et vir inops et non habeat bona vxoris in dotem est alendus cum enim succedat mortue fortius debet in vita iuuari. argumen. C. vnde vir et vxor. auten. preterea t auten. vt frater in fili. §. filij. t facit. ff. soluto matrimonio. si cum dotem. §. si dotem. §. si autē. ff. ad silleyanum. l. j. t. §. si vir. de crimine expila. heredi. aduersus. ff. de iure dotium mutus. ¶ Item alendus est venter si posthumus qui nasciturus futurus speratur aliquo casu heres defuncti vt. ff. de ventre. inspicien. l. j. §. ij. et. §. generaliter et. §. mulier et. l. curatoz. ¶ Item pascendus est pupillus de bonis suis etiam quādo omnia bona sua ex suo contractu. quia nō defenditur. a creditoribus possidentur vt. ff. de priuilegijs creditorum. si pupillus.

¶ Item alendus est cum ex carboniano edicto mittitur vsq; ad tempus pubertatis vt. C. de carboniano edicto. l. finali. ff. eodem. l. sed t si is. §. marituz et. l. de bonis. §. non solum. Secus in aduersario pupilli. vt cadē. l. §. qui pupillus. ¶ Item alendus pupillus est. qui de officio egit t obtinuit aduersario appellante vt. ff. de. in offic. testa. si institutus. §. de in officioso. ¶ Item alendus est seruus a domino. ff. de administratione tutorum cuz plures. §. placet. alioquin fiet. quod est. ff. de hijs qui sunt sui vel alieni iuris. l. ij. t. C. de larinia liberrate tollenda. §. fs scimus.

¶ Item libertus a patrono alioquin punitur patronus in hijs que sunt. ff. de liberis agnoscend. l. alimenta. certe et patronus et sui liberi sunt a suis liberis alendi vt. ff. eodē. si quis a libertis. §. solent t sequentibus t. C. de opēris liber. l. j. ¶ Item alendus est pupillus a tutore. de bonis suis dico non tutoris alioquin remouetur tutor vt si suspectus. vt. ff. de suspectis tutoribus. l. tutor quoq; §. tutor qui. ¶ Item milites sunt alendi a republica vt. C. de lo

UVA. BHSC. IyR_347_2

ca. et conduc. militēs. ¶Item legatis sumptus est dandus et si decedant in legatiõe nil reddent vt. ff. de le. legatus tamẽ. ¶Item decuriones pauperes sunt alendi vt. ff. de decuri. ¶Item de illis qui tenentur custodia carcerali vt. C. de episcopali audi. iudices. ¶Item tutor aliquando de bonis pupilli est alendus. ff. de administra. tuto. a tutoribus. §. fina. ff. de tuto. et rõ. dis. l. j. §. si pupillus. ¶Itẽ sozor a tutore pupilli est alenda si egeat vt. ff. de tuto. et rõ. l. j. et. §. j. ¶Itez pascendus est procurator vel aduocatus dum incedit pro negocijs domini litigatoris vel gestoris. vt. ff. de pactis. l. sumptus. ff. man. l. si quis. alicui. §. impendia ¶Item clerici de bonis ecclesie sunt alendi vt in auten. vt de rerminatus sit numerus clericoz. coll. j. et vlti. ¶Item monachi accusantes abbatem suum vt extra de accusa. ca. ex parte. ¶Itẽ capitulum si quas expensas pro episcopo eligendo fecerit illas de bonis episcopatus recipiet vt extra de elec. ca. vt preterite. ¶Item alẽ di sunt quibus sunt alimenta relicta vt. ff. de alimen. et. cibaria. l. j. et. ij. et. C. de fidei. pm. l. j. et. ij. ¶Item diuortio facto alendi sunt liberi prout est. C. de diuoz. fac. le. j. z autenti. si inter. Quid de vroze vidua que vsq; ad annum nõ potest repetere dotem dico q; si aliũde ali non possit ali debet de fructib' dotis. argu. ff. de vt in poss. leg. placet et facit argu. contra. ff. de peri. here. le. heres furiosi. ¶Item episcopus qui ordinauit clericum inopem sine titulo eum alere debet vt extra de preben. et digni. ca. j. et ca. iiij. ¶Itez queritur nũquid frater tenetur alere fratrem si egeat sic videtur argu. ff. de administra. tuto. l. tutor serui. §. insoluendis et. l. preces. ff. vbi pupil. debeant educa. l. placet. ff. de tuto. et rõ. l. j. §. nõ nullos. C. de naturalib' liberis auten. licet. ff. so. ma. ¶Quis et. l. se.

¶Super alimentis trãsigi possiunt.

Alimẽta transactionem recipiunt sicut notatur de pteritis i distincte transigi possit. C. de transac. l. de alimentis de futuris autem similiter nisi fuerit vltima voluntate relicta vt. ff. de transac. causa. l. ij. j. respon. et. §. j. ex hac lege patet q; in hijs non potest sine auctoritate pretoris transigi et est ratio quia eiz legantur alimẽta duplex fauoz concurrat et alimẽtorum et vltime voluntatis difficilioz debuit esse remissio eozumdem z sic arg. C. de repu. consen. j. respon. si non possunt per transactionem remitti ergo nec pacto gratuito argu. C. de trãsac. l. preses. facilius enim ibi trãsactio quaz pactio pmittitur.

¶Vbi sint alimenta prestanda.

Alimenta prestãda sunt in loco secundũq; negocij qualitas exigit locum enim variabilem esse credo secundum negocij qualitatẽ nã vbi pupilli educari debent facienda est. ff. vbi pupilli educari debent. l. j. j. respon. le. vel si discipretur. ibi enim dicitur q; locus z apud quem arbitrio pretoris cõmittitur. Si tamen de hoc fiat contentio inter illos nunquam matri que super nutricium indurit vel ei qui sperat pupillo succedere debet committi prestatio alimentoꝝ vt. C. de administra. tuto. ex que. C. vbi pupil. educ. le. j. et. ij. diuortio autem facto omnes filij minores triennio apud matrem maiores apud patrem hoc tamen seruato vt locuples pater ad alimenta potius quam inops cogatur. vt

UVA. BHSC. IyR_347_2

C. de pa. po. l. vlti. et. C. de diuo. facto apud q̄. le. j. et in autenti. ibi signata que distinguit pro cuius culpa sit matrimonium dissolutum. ¶Item vxor in domo viri. alēda est. vt. C. de crimi. exhere. l. aduersus et. ff. de ritu. nupt. l. mulierem. ff. de vsu. et habu. sed valet et ar. C. communia vtriusq; iudi. l. placet cum similibus suis circa locum et apō quem non multum extendo me: quia qualitas personarum et dignitas et humilitas facerent iudicis arbitrium variari ar. ff. de iudicis sed si suscepit §. si proponas et fideicommissum. ff. de vētre inspi. leg. j. §. mulier. et. §. q̄ natura. maxime autem siue reliquit vxori sue donec steterit cum filiis suis cū eis et apud eos alenda est. siros reliquerit secus vt. ff. de ali. et ci. et. l. libertis. §. placet. Quid si filij male se habuerint de matre credo eam alendam etiam si cum eis non moretur. argumē. ff. e. titu. l. gayo. §. vltimo. et idez dico si voluntate filiozum alibi moretur. argu. ff. de ali. et ci. vel testamento. et. ff. loc. cū implures. §. lege. Quid si monacbare se velit vel religionem intrare credo ad hoc eam fauore religionis alendam quasi staret cuz filiis. quia elegit stare cum christo sicut cum liberis morari creditur qui elegit religionis locū vt in autenti. de sanctissi. episco. §. si forte et C. de episcopi et cle. l. deo nobis j. ff. et. ff. quib' ex cau. maio. et. §. quitū et. l. suis stipulatus. et. l. necnon. j. ff. et leg. iulia. §. cum. Quid si accepit alium virum et mortuus est. et vult redire ad filios credo eam vt matrem egenā hoc posse petere sed non ex testimonio primi viri arg. ff. de adi. l. si seruus vel in fi. et. l. cum seruus. ff. de iure dotium. l. dotis promissio et. ff. de pact. do. l. inter. §. fina. Sed argumen. contra. ff. de. l. j. si chorus. §. sic et primi cōtra. ff. de fidei com. libro anuni fidei cō missa. §. vlti. ff. de sta. libe. seruus qui. §. fina. Quid si filij mortui sunt alēda est ab heredibus filiozum vt. C. de lib. le. j. et argumen. ff. de ali. et ci. le. gayo. §. imperator. et. l. alumen. j. ff. et. l. cum vnus. j. ff. et. l. libertus. §. fi. et. l. filiis. Quid si ad tempus mater vagatur et redit ali. debet vt. ff. de con. et de. si q̄s ira legauit dum vxor. et facit ad predicta. C. leg. fi. ille namq; in domo stare creditur qui ad tempus se cedit. vt. ff. de auro. et argen. leg. l. si vxor. §. j. ¶Quid si vnus heredum factus est in ops dico alios ex hoc iure testamē. nō esse onerandos vt. ff. de ali. et ci. l. iij. §. j. et. l. ij. ¶Quid si dixit testator relinquo vxori mee donec steterit in domo mea. si filij vel heredes volunt mutare habitationem suam nunquid illa eos sequi cogitur et ire de domo sua. ff. si heredes hoc faciūt ex necessitate audiendi sunt si ex voluntate minime argumen. ff. de loca. si quis domum. j. ff. et hec omnia supradicti iudicis officio regnoscenda relinquo et inspectis hōs legitur. ff. de argen. si cum dies. §. q̄ tamen. ff. de procurato. sed hoc. §. non solum et videtur expressum. ff. de ānuis. le. menia. §. vltimo. et argumen. ff. de con. et de. l. placet. in fi. et. l. viij. et. ff. de operibus. l. q̄ nisi. §. fi. et. l. sequēti. ¶Quid si vxor dicat heredibus viri forte extraneis. nolo habitare vobiscū ne mihi mala fama subrescat dico p̄ iudicis officio vel arbitrio moderandum post q̄ standum dicto testatoris. argumen. ff. vbi pupilli debeant educari. l. j. ff. de firma. tu. l. vlti. §. admi. l. quintus m fi. ff. de vsu. et habita non aliter. ff. de condi. et de. tycio. §. fi. et le. cum tale. j. resp. ff. de operi. li. l. dicti fi. C. de procura. maritus. C. de custo. et exhibi. l. q̄fi. ¶Quid si dixerit relinquo vxori meam dominam et dominatricem sine bonum dico hic verba. sic

UVA. BHSC. IyR_347_2

solent intelligi ꝙ illa vxor honorifice secundum qualitatem patrimonij necessaria sua habet ergo et nos illa verba sic debemus accipere secundum cõmunem vsum. vt. ff. de suspect. leg. iij. et ff. de le. iij. nõ aliter. §. j. et sic posuit hic verba dauid et constituit cuz dominũ do. sue. j. rectorem. et si ponitur in greco ꝙ est. ff. de manda. l. creditor. §. lucius et facit optime. ff. ad silc. le. j. j. respon. §. si vir. ¶ Quid si dixeris relinquo et alimẽta dum cuz liberis meis steterit et aliquando ad tempus iusta de causa relinquit eos respondeo cum propositum habeat redeundi legatum non perdit vt. ff. de condi. et si quis ibi legauerit.

¶ Utrum pinguis vel tenuis debeat esse alimentorum prestatio.

Alimebror appellatiõe calciamẽta et vestimenta intelliguntur suiz cuz legatur. vt. ff. de ali. et ci. le. j. legatis et leg. fi. idem. Dico si legatus est vicus vt. ff. de ver. sig. le. verbo victus secus si cibaria sint relicta. vt. ff. de ali. et cibaria. vel. Lante penu. ¶ Item secus cum de alimentis transigitur vt. ff. de transac. cum. §. qui transigit. ¶ Item et qui ali. debet videtur ꝙ debeat percipere medicinas cum egrotatur arg. ff. de verbo. sig. cetera et argumen. ff. de vsu fruc. l. sicut. ff. so. ma. l. si cum dotem. §. sinautem in senissimo argumẽ. contra. C. de neg. gest. ꝙ in vxore non autem debet percipere salaria p doctrina nisi in casibus vt. ff. de carbo. le. de bonis. §. non solum et. ff. de admi. tu. le. cum plures. §. in primis. ꝛ §. vbi pupil. debe. edu. j. l. qui filij et. l. iij. §. placet alias contra vt. §. de ali. et ci. l. legatis in fi. ¶ Item si aqua venditur et illa prestanda est vt. ff. e. le. j. et. l. mela. §. viri. ¶ Item et modus alimentorum debet accipi pro consuetudine testatoris vt. ff. e. l. placet. ¶ Itẽ arbitrabit iudex ꝓpter dignitate ꝛfacultate dantis accipiẽtis et secundum ꝙ crescit etas crescat et alimentorum prestatio. ff. de ali. et ci. l. le. cum vnus in fi. ꝛ. le. verba in fi. ff. de lib. agno. si quis ali. §. alimenta ꝛ §. placet. ff. vbi pupil. de edu. l. iij. §. modus. et. §. sequen. ꝛ. l. iij. ff. de relig. j. si quis. §. hec actio. C. de ali. pupil. prin. l. ij. ff. de admi. tu. cum plures. §. in primis et. l. tutor. secundũ. ff. de vsufruc. sed si quid edificauerit. §. j. ꝛ. C. de naturali. lib. autẽ. licet certe et vires dotis inspiciuntur ꝛ cõiunge vt argumẽ. ff. de dona. inter virum et vxorẽ. l. examẽ. nec credo ꝙ aliq dicit vt si patrimonium modicuz fit. ita modicuz cõstituatur. puta vnus denarius pro die certe illud modicum debet intelligi ad frugalitatẽ non habendaz puta qualibet die carnes ad sufficientiam sed omnino debet habere tantum ꝙtum ad viram minus frugalem sufficiat. ff. de vsu. ꝛ habi. fundi. j. respon. ꝛ. l. placet. §. ij. ff. vbi pupilli educa. debe. l. iij. §. viti. C. de patri. qui filiũ distra. le. j. ꝛ ij. C. de sacro sanct. eccle. l. ab penul. ꝛ. ff. de vẽ. inspici. le. j. §. mulier.

¶ Quando pluribus et quõ sint alimenta prestanda que sint que alimentorum impediant petitionem et quomodo sit cognoscendum de alimẽtis.

Alimenta que debentur pluribꝰ vel aliqua pro alimentis sunt pstãda: is pars ꝓmorientis pficit debẽti vt. ff. de vsufruc. le. dõis. §. j. ꝛ. ff. de ali. ꝛ cibaria. l. l. iij. ꝛ. §. placet. ꝛ arg. cõtra. ff. de annuo. l. seyo. j. respon. ꝛ. ff. de vsufruc. l. iij. ꝛ. ff. quẽ admodũ pupi. amitti. in fi. secus aũt si non pro alimentis sed vsufruc. pluribus simpliciter debetur vt. ff. de vsu fruc. acsi mulier. ꝛ. le. j. ꝛ. l. interdũ ꝛ argu. ff. de vsufruc. l. codicillis. j. respon. in fine. ¶ Item ꝙd si discordent et vnus vno modo et alius alio modo vult perapere certe illius mo-

UVA. BHSC. IyR_347_2

dus amplectitur qui magis congruerit vniuersis ar.ff.p socio.l.actione.§. labeo vel adinuicem se impedient.jar. ff.de vsufr.l.quotiēs.vbi meli' iudex debebit interponere partes suas.arg.in stru.de fatisda.tu.§.si autem ipsi.ff. de bo.auctoritate iudi.possi.l.inuētionem.§.si. et erunt partes sue vt cuiq; quod congruum est si post commodū propter te prestetur.argu.ff. de operi. li.l.hee opere.§.fina.z.ff.de edil. edic. cp̄ si nolit.§.si vendidisti.Quando autē plures sint alimenta debentes lex certa est.ff.de ali.z dba.l.l.iñ.§.j.ibi.ei.dicitur prorem statuere;vnum;per quez alimenta prestentur ceteris conferentibus partes suas petuntur autem alimenta officio iudi.vt.ff.ad trebel. imperator.adri.et supra de alendis.lib.l. ñ.et.iñ. ¶De anno vtili.

Annus vtilis nō currit nec ab eo tempore quo quis potuit experiri extra de re.p.plerumq;.ñ.q. vñ.bidnum. ¶Item annualia debent securitate gaudere extra de treuga. et pace.c.vlti. ¶De apostasia.

Hic agendum est de apostasia vbi notandum est quid est apostasia z vnde dicatur. Que sint species apostasie. Et ō pena apostasie.

¶Quid est apostasia et vnde dicatur.

Apostasia est temerari? recessus a statu fidei obediētie vel religionis et dicitur apostasia quasi post statio vel retro statio vel retrogradatio. xxvñ.q.vñ.non obseruetis. ¶Itē apostata stricto sumpto vocabulo non est nisi qui ad seculum redit extra de apostata.ca.j.vbi de hoc in glo.est autem.

¶Que sunt species apostasie.

Apostasia alia est perfidie. alia i obediētie alia irregularitatis.p fidie cum quis recedit a fide.vt.ñ.q.vñ non potest et extra de apostat. quēdaz in obedientie qui transgreditur sponanea voluntate preceptum vt adam de hoc habetur.iij.q.iiij.aliena.z.ca.ñ. iij.z.iiij.z extra de ma.z obedie.si quis irregularitatis qua ḡs a statu religionis assumpte recedit.vt.xlviij.di. cp̄ti libet.et.l.di.c.vlti.z hoc fit multis modis.s.abscindendo tonsuram vel corōā xx.q.iñ.cos et extra de apostat.c.j.

¶Item conuertendo se ad negocia secularia extra de vita et ho.cleri. ex litteris z de sen.ex.in audientia et.c.perpendimus.Similiter prorem ducēdo extra de cleri.coniu.ex parte. ¶Similiter habitum religionis abiciēdo.xx. q.iñ.ca.j.et.ñ.et extra de apostat.fere p totum.

¶De pena apostasie.

Apostata a fide punitur sicut hereticus extra ō hereticj fere per totum pro apostasia in obedientie excommunicatur quis et efficitur infamis.iñ.q.iiij.si ḡs a suo z extra de ma. et obedien.si quis z.c.in ecclesijs.

¶Item pro apostasia irregularitatis efficitur quis infamis.ñ.q.vñ.alieni.qz qui dimisso religionis suehabitu recipit ordinem sacrum in apostasia irregularis efficitur et non potest cum eo nisi summus pontifex dispēsare extra de apostat.ca.j.et vlti.et de tempore ordi.ex parte vbi de hoc. ¶Itez nō sunt tolerandi in habitu seculari sed ad resumendum habitum sunt compellendi extra de apostat.tue vbi de hoc.

¶Item clericus apostata.si dimisit primam tonsurā cum ea conferatur clericalis ordo extra de eta.et quali.c. cum contingit compellendus est reassumere eam argu:extra de vi.z honesta. clerico.ca.si quis et.xxj.q.iñ.eos nisi duxerit prorem corruptam vel ad mulinā se conuertit:quia tunc irrenocabiliter a clericatu recessit.xxvñ.di.seriatim et sic priuilegium clericale amisit. lxxviij.

UVA. BHSC. IyR_347_2

di.q9 quis. ¶Item q̃uis alij dicunt clericum debere compelli vt dictuz est portare tonsuram alij tamen dicunt generaliter clericum vxoratum nõ teneri nec debere compelli deferre habitum clericalem. quia cum oporteat eum secularibus negocijs imiscerj tonsura ipsius videtur in ordinis clericalis vituperium redundare extra de clerici.biu.io.in fine q̃verum est nisi beneficium habeant: si tamen suis sponce vxoratus tonsuram deferat retinet primilegi.clerici. ¶Item clerici apostate qui dimisso clericali habitu ipsuz resumere nolunt debent incarcerari z ibidem alia pena multari extra de apostol. a nobis vbi de hoc. ¶Item si apostata ta vult redire ad ordinẽ susc. sed non recipitur a prelato si aliquid acquirit non potest illud prelatus reperere etiam in morte argu. extra de lang.exp.c.vno vbi de hoc.alias quic quid acquirit monachus fugitiuus acquirit monasterio suo sicut seruus domino.xvij.q.ij.abbates.z.ff. de acquir. poss.l.j.§.seruum. ¶Item apostata nec restituari nec accusare potest: nec ad legitimos act9 debet admitti.ij.q.iij.l.beatus.et.ca.si quis a suo.

¶Item apostatãtes a fide compellendi sunt fidem seruare quã dimiserunt extra de apostat. quidam.

¶Qui dicunt apostoli. et apocrisarij.

Apostoli dicuntur iniure littere dimissorie que non dantur nisi petantur instanter.ij.q.vj.post appellationem et extra de appellatio. cordi nobis. vbi de hoc in glo.4. libellos innocẽs. ¶Item apocrisarij dicuntur nunch pape quasi secretarij eius extra de electio.significasti. ¶Item approbari debet ab omnibus q̃ omnes tãgit.lxxvj.di. ca.j.et extra de tempore ordi.si archiepus vbi de hoc.

¶De appellatione.

Hic tractandum est de appellationibus vbi videndum est quid est appellatio et quare est introducta. ¶Quis potest appellare de interpretatiua appellatione a quo appellari potest. ¶Ad quem appellandum sit.quãdo et quotiens appellari potest qualiter est appellandum. ¶Quando remota est appellatio in rescripto. ¶Quantum tempus datur appellanti. ¶Quod appellatione interposita nihil est innouandum.

¶Quid sit appellatio et quare introducta.

Appellatio secundũ leges est per innocationez maioris iudicis p̃ textu iniquitatis prime sententie remissionis implorato.ff.de.minor.le. perfecti. Sed secundum canones appellatio est a minore ad maiorem iudicem puocatio.ij.q.vij.omnis oppressus et.ca.sequenti.et ca.placuit.

¶Item introducta est appellatio secundum leges vt iniquitas vel imperitia iudicantiuz corrigatur.ff.de appellatio.l.j.respon.sed secundum canones introducta est appellatio vt liceat appelatozi viciatam causam appellationis remedio subleuare.ij.q.vj.ca.j. et etiam vt omnes oppressi subleuentur.ij.questio.vj.ad romanam enim appellatio tamen que est oppressorum leuamen vinculum iniquitatis esse non debet extra de appella.cum speciali.§. porro.et ideo facta ab omni grauamine vel super omni causavel a correctione nisi corrector modum excedat in corrigendo non valet extra de appellatio.inter cetera et.C.de prioze et de offi.dele.super questionum.§.nos aũt ¶Si p̃o fiat ab oi grauamine q̃ accedere possit i vna causa tñi tenet apũ

UVA. BHSC. IyR_347_2

iudicem ecclesiasticum ꝛ sit generalis dummodo grauamen appareat manifeste et causa probabilis ꝓponatur ab appellante extra de app. consuluit. ñ. vbi de hoc in glo. hic admittitur. ꝛ. c. cū speciali. §. porro. et. ca. cordi nobis vbi de hoc. ¶ Item nullus appellare debz nisi grauetur. extra de app. vt debitus. nec appellandi est a futuro grauamine tñi illato vel comminato dummodo a tali grauamie velit iudex desistere et etiaz interlocutoriā retractare extra de appella. cum cessante vbi de hoc in glo. videtur ergo.

¶ Quis potest appellare.

APpellare potest omnis homo cuius interest siue contra eum lata sit sententia vt. ñ. q. vj. et ideo. et. c. non solent siue contra aliū dummodo sua interfit. ñ. q. vj. non solet ꝛ extra de sen. et re iudi. cum super. ff. de ap. legis tutor et. l. ab executore. §. alio. ¶ Itē potest quis pro alio damnato ēt sine mādato appellare dummodo damnatus ratum habeat hoc est infra decennium ñ. q. vj. non solent et. ff. de appella. l. j.

¶ Item appellare pōt a sententia vtra ꝙ pars. si grauatur extra de testamentis. c. raynaldus sed appellatio non admittitur intributis soluēdis. ñ. q. vj. §. diffinitiua et. §. quantum. ¶ Item appellare potest purgandus propter infamiam si prelatus grauat eum iniuste vel in purgatione modū excedat extra de purg. ca. nos inter. vbi de hoc in glo. dumtamen et de offi. ordi. irrefragabilis similiter appellare potest quis a pena graui per iudicem interposita. Secus tamen a pena expressa iniur. ff. de verbo. signi. l. antepenul. de hoc habes extra de acc. super his in glo. hoc generale si tamē appellat quis frustratorie ad eum remittitur a quo appellauit et condemnatur in expensis extra de appella. vt debitus. vbi de hoc in gl. quia tanꝙ. et. c. cum in ecclesia. ¶ Itez appellare potest iudex ordinari? si delegatus non vult exaudire preces suas casu. extra de off. del. si quado vbi de hoc. et. c. super eo et de re iudic. cum sit per controuersiam. ¶ Itez appellatio ante conditionem extantem interposita suspendit interdictum suspēsionez et excommunicationem sub conditione latam. vt puta si non feceris hoc vel illud suspendo vel interdico vel excommunico te extra de appell. preterea. ñ. vbi de hoc in glo. et ita. ¶ Item appellans licet plura grauamina in appellatione assignet sufficit tamen ei alterum eorum probare si qōlibz eorum per se sufficit extra de appell. signanter vbi de hoc in glo. nomen ꝙ et de preben. cum iamdudum. ꝛ de rerū permu. ex parte nisi se obliget ad probandum vtrumꝙ extra de prob. licet circa medium vbi de hoc in glo. sic ibi videt. ¶ Itē si aliquis de collegio appellet ne fiat electio nisi canonica bene tenet extra de elec. cum nobis. ¶ Item cuz layeus grauatur iniuste a suo iudice seculari potest ad papam vel ad suum episcopum appellare extra de foro competenti licet vbi de hoc in glos. iste est. ¶ Item ſ ꝺs appellet quia per litteras pape conueniri timebat nichilominus conuenitur extra de alie. iu. mu. cā. c. j. ¶ Item appellare possunt partes quādo iudex nō ostēdit eis litteras relationis quas superiori transmittit. ñ. q. vj. biduuz in fine. et. C. de rela. l. j. ꝛ. ñ.

¶ De interpretatiua appellatione.

APpellare videtur ꝙ ponit se et sua sub protectione domini pape. ꝛ sententia post huius appellationem. Lata cassa est extra de appell. ad audientiam vbi de hoc in glos. arg. contra. ꝛ. c. dilec. ¶ Item appellari po

UVA. BHSC. IyR_347_2

test pro quacunq; causa quantumcunq; sit parua quia potest quis in paruo grauari sicut in magno appellatur ei propter iniquum grauamen extra de ap. ca. de appel. vbi de hoc in glo. minima. ¶ Item appellare quis dicitur ipso facto postq; ad romanam curiaz arripit iter. xxiij. q. iij. si quis enim romipetas et. c. illi qui et extra de appel. dilecti. ij. vbi de hoc in glo. quoniam plus et. c. ad audientiam et. c. conquerentes et de confir. vtil. c. j. ¶ Item appellasse dicitur qui propter iustum metū non appellauit dummodo id protestetur t statim cessante metu appellet et si non potest habere iudicem illuz a quo vult appellare tunc coram bonis viris appelleet causam exprimat appellationis et protestetur de huius coraz cisdē xxj. q. iij. §. prescriptionum et extra de appel. c. vltr. vbi de hoc in diuersis glo. ¶ Item si de re corpozali communi pluribus quis appellet. si vi croziam optinet omnibus prodest. si communi iure inuitur extra de appella. vna sententia vbi de hoc in glo. sententiam t. ff. q. vj. §. quandoq; secus de incorpozali in dubia revt in dicta glo. sententiam.

¶ A quo appellari potest.

Appellari potest t debet a minori iudice ad maiorem. ij. q. vj. anteriozum. §. illud videlicet et. §. illud etiam qui autē ad minorem iudicem appellauit erroz ei nocebit. nā sententia trāsibit in rem iudicatam. Sed si ad parē vel maiorem. alium non tamen p alio erroz non nocebit. quia nichilominus potent appellans prosequi apud illum ad quem appellare debuit. ff. de appel. l. ij. §. si quis t. §. si vero. ¶ Item appellari potest a tota sententia t a certo capitulo ipsius si diuersa capitula contineantur in ipsa nec rescinduntur alia capitula super quibus non appellatur nisi esset cōtra. ff. de mi. l. iij. ¶ Item appellari pōt a mixto executore si. exceptiones legitimas non admittit. vel si alias grauet partes extra de appel. dilecto t. c. vt debitus. Sed a mero executore appellari non potest. licet nō admittat exceptiones si non excedat modum in exequendo extra de re iudicata. qs ad cōsultationem vbi de hoc in gl. ab executore. ¶ Item ab arbitris compromissariis nullus appellare potest. C. de arbit. l. j. si tamen sententie arbitrozum iniq; fuerint corrigantur. ff. pro socio. l. si pro societate. ¶ Item si ex cō sensu partium iudex detur potest appellari ab eo. ff. eo. titu. l. ex consensu. ¶ Item a papa vel a principe non appellatur. ff. a quibus appel. non licet. l. j. cum ipse sit qui pronocatur papa essi de alienis sententiis nullus autem de suis. ix. q. iij. cuncta. ¶ Item a disciplinis t correctionibus regulariū non appellatur extra eodem capi. ad nostram et capitulo reprehen. et. c. cum speciali nisi corrector modum excedat. xxiij. q. iij. q; peccant in fi. ¶ Item in quibus casibus non appellatur solet quibusdam versibus notari. appellare vetant scelus excellentia pacta. ¶ contemptus partis sed et interdictio sacra. arbitriū res quę perit est longius acta.

¶ Ad quem appellandum sit.

Appellādum est gradatim medio non omisso. quia ita fieri debz de iure extra de appellatio. dilecti. ij. vbi de hoc potest tamē ad papam omisso medio appellari propter plenitudinem potestatis. ff. q. vj. quoti. et capitulo ad romanam ipse ei est iudex ordinarius oim. xix. q. iij. §. cuncta et extra de priuilegi. anti qua fallit hoc cum delegat a papa subdelegando causam. aliquid sibi de iurisdictione reseruat quia tunc si a subdelegato quis appellet non ad papam sed ad delegantem est appellā-

UVA. BHSC. IyR_347_2

dum si causa sit ei commissa appel. re. Sed si totam causam subdelegauit nichil sibi de iurisdictione reseruans tūc a subdeleg. huius ad papam est appellandum extra de appella. dilecti. n. vbi de hīs et de offic. delega. super questionum. §. porro vbi de hoc in glo. non tamen. ¶ Item appellandum ab officialibus suffraganeorum nō ad suffraganeos sed ad archiepiscopum suum ab archidiaconovero et aliis inferioribus prelatis ac eorum officialib⁹ ad suffraganeos et non ad archiepiscopum est appellandum nisi aliter se habeat approbata consuetudo extra de appelat. romana ecclesia innocentius. ¶ Item appellari pōt ad papā pp defectū iudicis secularis quādo imperiuz vacat ar. extiū. q. v. administratores extra de foro competenti ex tenore vbi de hoc in gl. vero per litteras. ¶ Item appellationem facte super incidenti questio terminari non potest differendum est licz super principali appellatio sit remota extra de appella. super eo. i. vbi de hoc in glo. hoc potest. ¶ Item appellatur ab episcopo ad imperatorem in casu extra de foro competēti veruz. vbi de hoc et de appellatio. si duobus.

¶ Quando et quoriens appellari possit.

APpellari potest ſm canones antre litem contestatam et post in prolatione sentētie et post quādocūz grauatur. ij. q. vj. ad romanā. et. c. quotiēs. leges autem ante sententiam appellare nisi in casibus nō permittunt. ij. q. vj. non ita et extra de appella. sup eo. ij. vbi de hīs in diuersis glos. Item appellari potest in eadem causa bis a sententia diffinitiua. secunda questiōe sexta. §. si quis in quacunch. §. post secundam. et sufficit dicere cum a diffinitiua sentētia quis appellat. appello ab ista sentētia nec tenetur scribere appellationē si statim appellat. ij. q. vj. §. forma nisi in casibus. vt. ij. q. vj. §. ante sententiam. ¶ Item appellationi que de rogat iuramento appellantis non est differendum si causa subterfugij quis appellet. animo mandatum sibi factuz per iuramentum debet firmiter obseruare extra de appellatio. questionem vbi de hoc in glos. simile infra de sentē. Item appellationi tacite quis renunciare videtur si postea petat attestationes solenniter publicari. extra de officio delegat. gratum vbi de hoc. et. xxvij distinctione diaconi.

¶ Qualiter est appellandum.

APpellare nolens ab interlocutoria vel grauamine si causam appella. inscriptis non expresserit et apostolos non petierit et instructus nō venerit vel non miserit sufficientem procuratorem reputabitur non appellās et ad priozis iudicis redibit examen in expensis legitimis condemnandus. ¶ Similiter si appellatus non miserit procuratorem instructum contra ipsū tanch̄ contra contumacem procederetur tam in expensis quam in causa et si nō habet proprium tunc secundum iudicis arbitrium punietur et hoc intelligē quando appellatus admisit appellationi et noluit eam prosequi coram superiore et approbauit hoc ab initio. cū i eius potestate fuerit causam prosequi per procuratorem ad impetrandū tantum et contradicēdum alioquin in voluntate residet appellātis causam principalem ad examen superioris ad quez appellatur deducere vel non extra de appellatio. cordi nobis. vbi de hoc in glo. notanduz nouum. et in alia gl. quare dicit innocent⁹ et quarta questione sexta si rei. ¶ Similiter finietur causa altero appellationem legitime prosequente si lis fuerit contest. extra de renuncia. veniens. ¶ Similiter si appel-

UVA. BHSC. IyR_347_2

tans iniuste deficit in appellationis p̄secutione condemnabitur in expensis extra de testamen. significauerūt. j. vbi de hoc in glos. et sic patet.

¶Quando remota est appellatio in rescripto.

Appellationis remotio posita in medio litterarum si sunt plura negocia sese minime contingentia cōplectūtur tantum premissa nisi forte in fine litterarum predicta clausula iteretur extra de appellatio. inquisitionis vbi de hoc in glo. argumentum contra. Si vero articuli sunt connexi tunc nō refert vtrum in principio medio vel fine ponatur quia tunc si appellatio remouetur in vno intelligitur etiam et in alijs remoueri que in lr̄is continentur extra de appellatio. secundo requiritis vbi de hoc. ¶Item appellationis omissio spōtaneam turpitudinem purgat que in esset sententie aqua non est appellatum. ff. de conditioni ob turpem causam. l. si turpem. ¶Item appellatio nō admittitur immotoriis excessibus extra de appellatio. cum sit romana. §. vlti. vbi de hoc in glos. i. notoriis. Item si appellatio remota est in rescripto quo ad agentem similiter remota esse intelligitur quo ad reconuenientem. quia eodem iure qō quis in alterum statuit vti debet. ff. qō quisq; iuris in alterū statuit. l. prima secunda et tertia et extra de confes. cuz omnis. ¶Et licet remota sic appellatio in rescripto in plurib' tamen casibus indulgetur scilicet si iudex restitutionem denegat spoliato extra de restitutione spoliatorum ex conquestione. ¶Similiter si non admittit in numero exceptionem consanguinitatis extra de appellatio. postremo. Similiter si citat partes ad locuz non securum extra de appellatio. ex parte. ¶Similiter si ptes cogit litigare subdelegato suspecto extra de officio delega. super ꝯuentionum in fine. et de appellatio. pastoralis. vbi de hoc nominatur plura extra in glos. arg. qō.

¶Quantum tēs datur appelālti.

Appellanti quādoq; statuitur terminus a iudice secundum temp' et locorum distantiam. et secundū qualitatem persone et cause. ff. de damno infecto. qui bona. §. vltimo et. l. sequenti. ¶Similiter quandoq; a se appellāte. extra de appellatio. pars vbi de hoc in glos. hoc statuitur. et capitulo oblate ¶Similiter aliquando annus aliquādo biennium datur in iure. secūda questione sexta. §. tempore capitulo si quis ¶Similiter aliquādo triennium. tertia questione tertia. de inducūs. et extra de appellatio. oblate et capitulo cū sit romana et capitulo ex ratione. Item qui rescriptum impetrat et tacet ex in appellatione terminus fuit a iudice vl a seipso statutus carcat impetratis et in expensis punitur. argumentum extra de appellatio. reprehensibilis. et capitulo vt debitus. vbi de hoc. ¶Itē nō potest appellans compelli prosequi appellationem suam nisi termino elapso a iudice constituto. extra de rescrip. cōsuluit. et capitulo cum speciali. alias vero tenetur respondere coram iudice a quo appellauit. extra de appellatio. pueuit. et capitulo cum sit romana. et capitulo sepe. ¶Item si appellans ab aduersario circumuentus non est prosecutus appellationem suam licet cucurrit appellationis tēpus habet tame recursum ad iudicem cōtra dolosum ad iterēsse. ff. de dolo. l. arbitrio. §. dolo cuius.

¶Q̄ appellatione interposita nichil est innouandum.

Appellatione interposita nihil est innouandum secunda questione sexta. appellationem et remoueri debet executio sententie anteq̄ cognoscatur de appellatione extra de iureiur. veniē

UVA. BHSC. IyR_347_2

tes.et vtriꝰ appellatio sit legitia p̄ iudicem ap.debet cognosci qui remittere debꝫ partes ad priores iudices si nō fuit legitime appellatum ⁊ in expensis debet appellantem nihilominus condemnare extra de ap. vt debit' ⁊.c.cū speciali. ¶Itē qui post ap.crimē enor me manifeste committit non potest occasione appellationis vitare correctionem prelati sui extra de ap.proposuit vbi de hoc ⁊.c.ad hoc ⁊.c. teneamur.ꝺz tñ iudex sic suspectus causam alī dele gare sicut qñ alī recusatus vt suspect' ff.q.j.quenit ⁊ cē de ap.cum spāli cum suis cōcordātijs.

¶De arbitris.

Ic tractandum est de arbitris notandum ergo quid est arbitrium. Quis pōt esse arbiter et quis non.in quot possit compromitti. De quibus rebus valeat compromitti. Quid potest arbiter ⁊ quid non. De effectu arbitrij. Qualiter finiatur cōpromissum. ¶Quid sit arbitrium.

Arbitrium est tenuis actus personarum super ciuili questione vel quasi iudicio contendentiū. nā et iudex laborare debet ad veritatem inuestigādam.xxx.q.v.iudicantē. ¶Item scōm azo.arbitrium est causa iudicando iure voluntario posita cum certarum personaruꝫ interpositione scilicet arbitri actoꝛis et rei.

¶Quis potest esse arbiter ⁊ quis non.

Arbiter esse potest qui non prohibetur a iure vt liber homo pater familiās.et ēt filiusfamiliās. arbiter esse potest in re patris.ff.de arbitris.l. sed ⁊ filius similiter libertus sed non seruus. ff.de arbi.l.pedius in prin.⁊.§.inseruū. ¶Item non refert an arbiter sit integre fame vel infamis scōm quosdam. ff.q.vñ.§.tria.ver. cognitoꝛes.⁊.ff. ō arbi.l.parui.sed sec' in iudice.C.de digni. l.nam famosus ⁊ extra de excess' pre.inter dilectos. ¶Item prohibentur esse arbitri seruus vt.ff.de arbi.l. pedius in prin.⁊.c.in seruū. ¶Similiter mulier ꝑm leges.ff.ō reg.iur.l.ij.⁊.xxx.q.v. mulierem.secus tñ est ꝑm canones vbi femine hoc habent de consuetudine approbata et earum arbitrium presentia et consilio episcopoꝝ est roborarus extra de arbi.dilecti vbi de hoc in diuersis glo. ¶Itez layeum de rebus spiritualibus cōpromitti non potest extra de ar.contingit.quia nec de ecclesiasticis rebus layci iudicare valent directe vel etiam indirecte extra.e.tit.decernimus et qui filij sint legitimoꝝ nisi auctoritate superioris suscipiūt compromissum seu iudicium extra co.ti.per tuas. et.xxxij.dist.verum. vel nisi hoc humilitas superioris inducat.ij.q.vñ. nos vel nisi hoc fiat ad tollendam suspitiones contra clericus exortam.ij.q.v. mennā ¶Itez maioꝝ.xx.annis. si minoꝝ.xxv potest sumi in arbitrum sz restituitur si temere adiutoꝝum recepit cum intersit eius.litibus non vexari.ff.eo. tit. l.si in seruum.§.j.⁊.l.cum lege. ¶Itez potest esse arbiter quis in.xvij.anno secundū quosdam extra de offi.deleg. cū ex. ¶Item prohibetur compromittti in seruum seu minoꝛem.xx.annis.ff.de ar.l.si inseruum.§.j. ¶Item arbiter bene potest ordinarius esse si compromittant partes in ipsum extra de arbi. cum tempoꝛe vbi de hoc in glo. ex hoc et ar.de elec.c.causam.sed nō potest cogere partes vt compromittant in ipm ff.de tu.⁊ cu.l.iiij.et extra de ar.ex parte. ¶Item non solum ordinarius sed etiam delegatus arbitriuꝫ suscipere potest extra de presump. litteras et vbi arcuꝫ olim.arbitria essi sint stricti iuris.

¶In quot possint compromittere.

Arbiter vnus vel tres sunt eligendi.et

UVA. BHSC. IyR_347_2

nō duo:q; res fere sine exitu esset futura ꝓpter naturalē hois facilitatem ad dissentiendū. ff. de ar. l. Item si vnus. §. principaliter. compromittatur ergo in imparem numerū q; in numero deus impi gaudet extra de ar. c. j. vbi in glo. de hoc. vn? vero. Si tamē compromittatur in duos tenet arbitriū: si nō concordant cogendi sunt vt vel concordēt vel tertiam personā assumant vt in. l. predicta habetur et extra de offi. dele. suspitionis. §. vltī. vbi de hoc. ¶ Item si sunt tres sententia duorum sufficit tertia presente etiā si dissentit sed cum tertio absente sententia non valebit. ff. de arbi. l. si in tres. & extra de ar. c. j. vbi de hoc in glo. sufficat. Sed quid si duo pronuncient. tertio presente & tacente vt nec contradicat nec consentiat: & tu dic ꝙ pro inde habendus est ac si contradicat nisi expressius esset in compromisso & duo sine tertio non procedant ff. de ar. non distinguemus. §. cū in plures sicut obtinet etiā in iudicibus extra de offi. dele. prudentiaz. c. vno de delegatorum vbi de hoc in glo. et ita nota. ¶ Item compromissum factum in arbi. incertum non tenet quia in incertum arbitrum cōpromitti non potest extra de ar. inmotuit vbi de hoc in glo. et. ff. eod̄. ¶ Item quādo ita cōpromittunt in duos ꝙ si non concordant eligant tertiam personam tertiam tunc compromissio tenet. ff. de arg. sumus. §. si duos.

¶ De quib? rebus valeat cōpromitti.

ARbitri eligi possunt sup̄ pecuniarijs causis & temporalibus & ēt spiritualibus extra de ar. nō sane. & c. cū oliz. & c. ex pte. Sed in causa criminali liberali vel matrimoniali seu infamoso delicto cōpromitti nō pōt extra de restitu. in integ. causa. vbi de hoc in glo. cum. n. et. ff. de arbi. non distinguemus. §. iuli?. & §. de liberali. ¶ Item licet in rebus spiritualibus per se laycꝰ arbiter esse non possit vt extra de arbi. contingit potest tamen cum clerico si cōpromittatur i eos super ecclesiastica re arbiter esse extra de arbit. per tuas vbi de hoc in glo. et hoc fiat auctoritate superioris alis non.

¶ Quid potest arbiter et quid non.

ARbitri qui ꝓpter suspitionem iudicis a partibus sunt electi cōpellendi sunt a iudice recusato ad arbitrium suscipiendum extra de app. cum speciali vbi de hoc et tales arbitri hñt iurisdictionem et cohertionem possunt eum compellere testes et contradictores impedientes punire extra de offi. deleg. suspitionis vbi de hoc. Qui vero non ꝓpter suspitionem iudicis & ad causas alias sunt electi nullam cohertionē habent nisi ꝙ ꝓpter metū pene ipsorum sententie statur. C. de arbi. l. j. de hoc extra de arbitri. dilectus. et c. cum tempore in glo. metu pene. Item arbiter non potest cogi inuitus ad arbitrium recipiendum. ff. de arb. l. iñ. §. j. sed postq̄ recepit cōpelli debet ab ordinario. vt ꝑcedat. ff. de arbi. l. iñ. §. ait prētor potest etiam compelli a delegato vel dato ad arbitrium exequendum vel ad arbitrium complendum arg. C. de iudi. l. vltī. et argu. extra de arbi. per tuas vbi de hoc in glo. et infra. ¶ Item arbiter pronunciare non potest nisi vtra ꝙ parte presente nisi de hoc inter litigatores conuenerit. ff. de arbit. diem. §. si quis litigatores de hoc habes extra de arbi. c. cum dilectus in glo. vel eis. Item arbiter feriatis diebus pronūciare nō potest nisi vel prētore cogente. ff. eo. titu. l. si feriatis vel de consen. partium sicut et iudex. ff. de cuictio. l. si feriatis vel si dies compromissi sit extitura. ff. eo. titu. l. si demum. ¶ Item arbiter iurare non debet ꝑm quosdā ꝓpter igno

UVA. BHSC. IyR_347_2

rantiã cause nec etiaz partes ne periu
rent. C. de ar. autẽ. decernimus de hoc
habes extra de arbi. cuz tẽpore in glo.
sic. l. cõs. ¶ Itez nõ potest citare ptes
nisi ad locũ in quo factũ est cõpromis-
sum. ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter
nec potest arbitriuz delegare. ff. de ar.
ne in compromissis. l. non distinguemus. §. quesitum nec potest punire cõ
tumaciaz litigatoris nec cogere testes
ff. de arbi. p tu. §. si. in fi. z argu. extra d
offi. dele. suspitionis nisi. de hoc dictuz
sit in compromisso. quia tũc posset. ff.
de iudi. l. iij. §. vlti. de his habes extra d
ar. cum dilectus in glosa vel cis. ¶ Irẽ
arbiter nullam habet iurisdictionẽ. ff.
de re. iudi. pretor. ¶ Item non sta-
tur arbitrio si dicat arbiter solo verbo
et non ostẽdat vel iuramentum esse in
terpositum a partibus in cõpromisso
vel penam. C. de ar. l. iiij. §. sinautem z
ar. C. de man. prin. l. j. ¶ Item arbitri
um p̃o parte aliquando tenet et p̃o
parte non tenet extra de ar. cum tem
pore z de preben. dile. z. c. nisi. ¶ Item
nichil extra compromissum facere po
test. ff. de ar. non distinguemus. §. viti.
quia solum illud in arbitrium venit. de
quo vt veniat in compromisso dictum
est. ff. si cum dies. §. plenum z extra de
ar. cum dilec. vbi de hoc in glo. vel cis.
¶ Item arbitrium in posterium dam
nosum non valet extra de ar. peruenit
z. rij. q. ij. sine exceptione.

¶ De effectu arbitrij.

ARbitrorum effectus est. vt arbi-
trio arbitri compromissarij ste-
tur siue equum sit siue non equum. ff.
de arbi. diem. §. stare nisi contra ius
scriptum vel contra formam compro-
missi sit latum quia tunc nõ tenet. ff.
q. vj. §. diffini. et extra de confirmatio.
vtil. examinata. vbi de hoc in glo. du-
plia ergo. ¶ Item arbitratoris seu a-
micabilis compositoris dictum redu-
cendum est ad arbitrium boni viri si
male componat vel arbitretur. ff. pro
socio si societatem. ¶ Item arbitrio
non prestatur satisdatio quia sufficit
in eo compromissio pene in auten. de
litig. §. ad excludendas in. ti. colla. viij.
¶ Item arbitrij moza purgari nõ po
test vbi est ab homine dies prefixus. ff.
de ar. celsus. secus tamen in iudicijs te
netur. C. de fide instru. cẽsem. ¶ Itez
postquam arbitrium receptum est a
partibus simpliciter est seruandum ex
tra de ar. per tuas. z. c. cum tempore et
de procu. mandato possunt tamẽ par-
tes ab arbitrio recedere etiaz si appel-
lationem renunciant z pactum inter-
ueniat de non recedendo. C. de ar. l. pe
nul. de hoc habes extra de ar. cũ dilec.
in glo. vel eis. ¶ Item arbitrium ser-
uandum est metu pene posite in com-
promisso extra de ar. dilectus. vel me-
tu iuramenti prestiti de arbitrio obser
uando. Sed si pena vel iuramentum
non sint apposita. postquã partes con
ueniunt arbitrio stare compromit-
tunt nec. j. r. dies contradicant potest
agi ad interesse contra non obseruan-
tem. ff. de ar. diem. §. vlti. z extra de ar.
per tuas. et. c. cum tempore in quibus
de hoc. et. C. de ar. cum alia. ¶ Item
arbitrium retractari potest superioris
auctoritate extra de ar. peruenit.

¶ Qualiter finiatur compro
missum.

ARbitrij compromissum
morte litigatoris finitur ex
tra de ar. ex parte nec exte
dit ad heredes nisi de hoc
sit cautum in compromis-
so extra de ar. c. vlti. vbi de hoc. ¶ Itez
arbitri officium expirat mortuo cuz so
cio suo nisi de hoc caueat in compro-
misso expresse. vt si alter interesse nõ possit
alter arbitriũ possit proferre extra de
testa. ray. in prin. ff. de arg. non distin

UVA. BHSC. IyR_347_2

guemus.§.cum in plures.

¶De archiepiscopo.

Dicendum est de archiepiscopo vbi notandum est in quibus casibus archiepiscopus est iudex ordinarius siue pouncie q archiepiscopi nichil iuris habent in subditis suffraganeorum: nisi qđ est ei a iure permissum et quid possit archiepiscopus committere: et quid non.

¶In quibus casibus archiepiscopus est iudex ordiñ. prouincie sue.

Archiepiscopus est iudex ordinarius prouincie sue in casib⁹ istis. Primo cum clerici veniant in diuinis officijs a consuetudine metropolitane ecclesie.xj.distinc.de hijs. Similiter si quis vndecunq; sit, deliquit in dyoceſ eius.vj.q.iij.§.placuit. ¶Similiter si aliquis habet predium in dyoceſ eius extra de foro compe.c.vlti. Similiter si causa deferatur ad eum per appella. extra de offi. lega.c.vlti.et infra de offi. ordiñ.duo. Similiter cum absolut⁹ ab archiepiscopo non vult episcopo suo parere extra de offi.ordiñ.ad reprimẽ dam. Similiter cum causa criminalis est inter episcopum et clericum suum debet illa causa deduci ad synodum in qua archiepiscopus preest.vj.q.iij.ca.j. ¶Similiter cum clericus contra episcopum suũ habet ciuilem causam.xj.q.j.si clericus. Sed si contra clericũ habeat causaz tunc arbitrio terminetur. xj.q.j.si clericus. Similiter quando canonici in contemptuz sui episcopi cessauerunt a diuinis extra de offi.ordiñ. irrefraga. ¶Similiter quando episcopus negligens est in eo q facere debet extra de censi.romana ecclesia et de sententia excõ. per tuas. Similiter quando mortuo episcopo ecclesia ydoneos clericos non habet.xij.q.iij.non liceat ¶Similiter cum euidens est sententia episcopi esse iniustam extra de ap.solli citudinem. ¶Similiter cũ visitat prouinciam suaz extra de prescrip.cum ex officij.et de accusa sicut olim vbi de hijs in diuersis glo.

¶Archiepiscopi nichil iuris habent in subditis suffrag.nisi quantum est eis a iure permissum.

Archiepiscopi primates et patriarche nichil iuris habẽt pre ceteris in subditis suffraganeorum suoruz nisi quantum est eis a consuetudine rationabili et prescripta vel a iure concessum nec debet compellere clericos suffraganeorum coraz se respõdere quem diuolunt stare in iudicio episcopi.sui nisi causa per appellationem ad coruz audientiam proferatur extra de offi. ordiñ.duo. ¶Item nec disponere a liquid possunt in dyoceſ suffraganeoz nisi quantum illis iura concedunt extra de offi.ordiñ.pasto.et de supple.negli.prele.romana vbi de hoc. ¶Item quando visitat prouinciam suaz prius visitare procuret capitulũ ecclesie sue ac ciuitatem et dyoce.suam extra de cẽsi.romana et tunc nec ipse nec aliquis de suis aliquod munus qualitercunq; offeratur recipere debet et hoc sibi prohibetur sub pena maledictionis quando visitat prouinciã suam extra de censibus roma vbi de hoc. ¶Item nõ potest constituere officiales foraneos in dyoce.suffraganeorum suorum nisi super causis appellationum ad ipsum de latis extra de offi.ordina.ca.roma vbi de hoc. ¶Item pinguius ius habet in suis suffraganeis quam in subditis eorũdem extra de officio ordinarij pastoralis vbi ō hoc.a.c.quãto. ¶Itẽ nõ potest cogere subditos suffraganeoruz suoz inuitos suscipere causas ad. ipsum

UVA. BHSC. IyR_347_2

per appellationē delatas nec pōt eos cōpellere vt coā ipso ferāt testimoniuz super huius causis vel exequātur sentētias ab ipso sup huius daram extra de fo.compe.romana vbi de hoc in glo.archiepiscop' ⁊ de offi.ordi. pastoralis potest tamē mādare suffraganeo suoq se faciat hec predicta.

¶Quid potest cōmittere archiepiscopus ⁊ quid non.

DIspensare potest solus papa contra apostolum. xxxiij. dis. dilector. et. xxv. q. j. sunt quidam. Item cōtra canones apostolicos. lxxxij. dis. presbyter ¶ Item contra vetus testamentuz in decimis non soluendis. extra de decimis extra. ¶. c. seq. ¶ Item in voto maxime in hieroſolymitano. extra de votis. c. j. ¶ Item in iuramento sm quosdam. xv. q. vj. c. ij. et extra de rescrip. cōstitutus de his duobus nota. ber. extra de iureiurando quanto in glo. absolueres. ¶ Item restituendo solemniter depositos. ar. ij. q. vij. ideo. ¶ Item solus mandat generalem synodum cōgregari. xj. q. iij. episcopus. ¶ Item solus deponit episcopos. iij. q. vj. q̄uis. ¶ Item solus duos episcopatus vnit. xxj. q. j. et temporis qualitas. Item solus diuidit vnum episcopatū in duos. xxj. q. j. preci-

UVA. BHSC. IyR_347_2

primus ex.§.sicut. ¶Item solus eximit simpliciter episcopos et abbates.xvj.q.j.frater noster.z eē de arbi.cum tempore. ¶Item solus confirmat concilia et aucrenticat libros.xv.di.sctā romana z pīx.di.si romanor. ¶Item solus facit concilium generale.xvj.distin.nec licet. ¶Itē solus papa canonicat sanctos et approbat reliquias eorumdē.extra de reli.z ve.sa.c.j.et.ñ.z de test. venerabili ¶Item solus transfert sedem episcopalem de loco ad locum.xvj.q.j.temporis qualitas. ¶Itē solus papa mutat episcopos et absoluit et etiam cōfirmatos electos.vij.q.j. mutationes.z extra de translā inter corporalia. ¶Itē solus soluit questionem de fide.xxxv.q.j.quotiens et.xj.di.c.j.z.ij. ¶Item solus cōcedit primam vacantem.extra de concess.prebē.proposuit.z ne se de vacante illa.z de prebē.c.vl. ¶Itē solus dispensat cp monachus nouitius fiat abbas extra de elec.officij. ¶Itē solus dispensat vt aliquis habeat duas dignitates vel duas ecclesias curam animarum et vnam aliam dignitatem.extra de p̃ben.de multa vbi de hoc. ¶Itē sol' absoluit de temerario iuramento z iuramentū solus interpretatur.eē de elect. venerabilis.§.j. ¶Itē solus pōt mutare cp licet notum in aliud cp deo sit magis acceptum ſm quosdam sed ber.contrarium dicit extra de voē.c.j.et.c.veniens.et.c.cp super hīs et.c. magne secus i voto castitatis z paupertatis extra de statu mo.cum ad monasterium in fine ¶Itē solus papa dispensat vt clericus ecclesiam paternā retineat. medio nullo existente.eē de filiis presbiterorz.c.penul.z vl. quādocp tñ ex indulgētia summi pontificis super hoc per episcopum dispensatur.extra de filiis p̃byt.ex tua. vbi de hoc. ¶Itē solus dispensat cū clerico qui relicto ecclesiastico iudice in casu non licito vadit ad iudicem secularē xj.q.iij.si quis episcopus.iñ.et.c. si episcoporum. ¶Item solus dispensat cū ordinato scienter a symoniaco vel heretico.vel scismatico secundum quosdam ar.extra de elec.quia diligentia.et de symonia.c.ñ.vbi de hoc ut glo.alū.

¶In quibus casibus non potest papa dispensare.

DIspensare non potest papa cōtra vtilem statum ecclesie nec contra.iñ.euangelia.xxv.q.j.sunt quidam et extra de cele.miſ.cuz marthe. ¶Itē nec contra p̃ceptum apostoli de hīs q̃ ad articulos fidei spectant.xvj.q.j.sunt quidam. ¶Item cum monacho vt habeat proprium vel vxorem.extra de statu cum ad monasterium in fi. ¶Item nec iscō gradu consanguinitatis in linea descendenti. secus tamen in linea collaterali.extra de restit.spol.litteras vbi de hoc et de diuo. deus qui de hīs habes.extra de concess.p̃ben.proposuit in glo.ber.nam contra ber. ¶Itē contra preceptum decalogi.z.nec cōtra. iñ consilia ea tollendo.xxv.q.j.sunt qui dicunt et.vj.di.§.vltri.et.xv.dis.c.j. et.ñ.et extra de celebratio.missa.cum marthe. ¶Item nec scienter cum rebaptizato vel cum re ordinato scienter.j.q.vij. cp in personalibus et ca.salubrius.et q.j.cp quidam et de consecratio.distinctione quarta quibus.et.l.di.confirmādum. ¶Item nec cum illo qui ad subuersiones fidei ordinatur vbi status ecclesie decolorat.ut.prima questione septima conuenientibus in fine. et capitulo si illa. ¶Itē nec vbi sancti pres hīs diffinierūt dispensare.xv.questione prima sunt qui dicunt.et questione secunda de primile.et capitulo q̃vero. ¶Itē dispensatio improprie sumitur in quibusdam quoniam aliquando non dispensatio sed de iure declaratio dici potest.eē de iureiu.q̃nauallis dispēsatio. h.proprie sumpta dr relaxatio iuris.

UVA. BHSC. IyR_347_2

De dispensatione legatorū pape.

Dispensare possunt legati a latere in omnibus exceptis. hijs q̄ adhe rent summo pontifici soli z extra de cōsangui. z affini. q̄ dilecto. Itē interpretari possunt mandatuz pape extra de postul. c. j. circa medium vbi de hoc. Itez legati qui sunt cardinales possunt hodie iure nouo cōferre beneficia vacantia q̄ facere nō possunt alij legati quantūcunq; sint generales nisi hoc eis specialiter demādetur extra de off. lega. officij. Itez dispensare nō possunt etiā legati a latere cum filijs p̄bi terorū vt habeant ecclesiam cū animarum cura quā nullo medio habuerūt patres eorum extra de filijs presbi. dilectus filius vbi de hoc. Item nec cuz monacho nouitio vt fiat abbas extra de elec. officij circa medij. Item nec q̄ aliquis sit canonicus z careat p̄benda extra de p̄bē. dilectus filius vbi de hoc in glo. ar. q̄.

De dispensatione archiepiscoporū.

Dispensare potest archiepiscopus cum subditis suis suffraganei sui in quibus potest eos iudicare ratione appellationis z consuetudinis ātique. ij. q. iij. conquestus. Itez in quibusdam habet ordinariam potestatem ex de offi. ordi. pastoralis vt lite non contestata accedens.

De dispensatione episcoporuz.

Dispensare potest episcopus secūdum quosdam vbicūq; p̄hibitū sibi non inuenitur ar. extra de iudi. ar si clerici vbi de hoc in glo. ar. contra.

Item dispensare potest cum clericis suis de adulterio z alijs criminibus minoribus. post per actā veram penitentiam extra de iudi. ar. si. cle. §. de adul. Itē in criminibus capitalib⁹ occultis. l. di. de hijs vero. Itē in offij fozo penitētiali dispēsare potest ratione duce al's nō. xlv. di. licet j. z ij. z. c. qui emēdet. z. c. omnes. z. c. vera. Item cū hēreticoz scismatico reuerso. l. di. presbiteros. z. c. si quis presbiter. Itē cuz clerico cōiugato vt habeat beneficiū simplex. xxviij. di. de hijs. Itez cū monachis sibi subiectis vt cellas heant intra clausturz q̄ etiā potest abbas. xviij. q. ij. de monachis. z. c. cellulas z. xx. q. vlt. Item q̄ sacerdos in causa ciuili testimonium ferat. xiij. q. j. quem q̄tum.

Itez q̄ vnus p̄latus habeat duas ecclesias vnā intitulataz z aliā cōmendatam. xxj. q. j. qui pluresz extra de el. dudum. ij. in fine vbi de hoc. Item in temerario iuramēto dispensare pōt de mandato cū pape secūdū quosdam sivergat in extitum peius extra de iure iurando quitaallis. z. c. si vero. z. xxij. q. iiij. qui sacramenta z. §. vlti. Item q̄ in minoribus ordinibus existēs assumitur ad regimen ecclesie etiā plebiū dūmodo sit talis q̄ sacerdos fieri possit cito extra ō crate z quali. p̄rerea vbi de hoc in glo. quando q̄. Itez q̄ monachus in minoribus ordinib⁹ existēs possit esse abbas. extra de era. z quali. tuā vbi de hoc in glo. forte erat. Itez cum illis qui extra statura temporā sacros ordines receperūt extra de tēpo. ordi. cōsultationem vbi de hoc in gl. b. ita videtur licet quidam dicant q̄ hoc pertinet ad solum papam ar. extra de tempore ordi. cum quidam vbi de hoc in glo. z sic tak. z. c. litteras in fi. Itez dispensare potest in votis peregrinationis z abstinentie si causaz viderit dispēsandi voto hierosolimitano extra de votis. c. j. z. c. ex multa. z. c. per tuas. z. c. ex parte. z. c. magne. Item dispensare non debet vbi non causa subest arg. extra de offi. ordi. ex parte. Item vt detur coadiutor lepzoso infirmo de morbo incurabili dispēsare potest vt dispendia ministrentur de sua ecclesia iurta posse extra de clerico egrotante. c. pēn.

UVA. BHSC. IyR_347_2

etvlti. ¶Item potest de consensu capituli canonicorū numerū augmentare ex causa extra de concess. preben. ex parte vbi de hoc. ¶Item quādo duo clerici ad vnam dignitatem in discordiam eligunt dispensare potest vt vnus aliquid vltra consuetudinem habeat et alius dignitatem extra de pben. vbi eēt. ¶Item q̄ de vna prebenda due fiant ex iusta causa extra de preben. vacante in fine vbi de hoc et hoc intelligas quādo prebenda vacat. ¶Item dispensare potest q̄ parrochialis ecclesia monasterium fiat ꝑm formam iuris. extra de ecclesijs edifi. ad audientiam. Item vniret vendere potest parrochiales ecclesias de consensu clericorum quorum interest si ex iusta causa viderit faciendum extra de excess. prela. sicut. j. xvj. q. j. §. sicut duo. ¶Item cum clerico patrono vt instituatur in ecclesia cui⁹ patronus est extra de iure patro. per nostras. et. c. suggestum ¶Item q̄ tempore ieiuñ. comedant carnes infirmi. extra de obserua. ieiuniorum consilium ¶Item cum clericis qui per se cōmutant prebendas. extra de rerum ꝓmutatione cum vniuersorum. ¶Item vt testamenta defunctorum in melius reformarentur extra de testa. nos quidē et potest heredes punire si nō exequuntur defunctorum pias et vltimas voluntates extra de testa. relatum et. c. off. et. c. requisisti et. c. vltim. ¶Item potest ꝑm quosdam cum suis canonicis remouere dignitatem honerosam dummodo super hoc confirmatio pape accedat extra de consti. cuz accessissent vbi de hoc in glo. sed nunquid. ¶Item dispensare potest cum illo qui est per seculares potestatem electus ꝓprio suo consensu. cum conditor canonis sibi hoc non reseruauit extra de elect. quisquis et de iudi. at si et de preben. de multa. et. c. grauc. ¶Item absoluere potest illos qui tempore guerre portauerūt res prohibitas in subsidium sarracenis extra de iudeis q̄ olim vbi de hoc. ¶Itē dispensare potest cum illo qui manifestuz vsurarium vel in peccato mortali publice decedentē ecclesiastice tradidit sepulture. et ꝓ ipso oblationes recepit extra de vsur. quia in omnibus. ¶Item clericum ordinatuz sine baptismo si post baptizatus fuerit potest iterum ordinari extra de baptis. si quis. ¶Item dispensationis commissio alicui facta in gñe. s. vt possit ordinare clericum filium sacerdotis mediocritatem respicit et ita debet in acolitum ordinari extra de filijs presbi. litteras vbi de hoc.

¶In quibus non potest dispensare episcopus.

DIspensare non potest episcopus in hijs que reseruantur domino pape vel legatis suis extra de consan. et affi. q̄ dilecto et de offi. lega. officij vestri ¶Item dispensandum non est ab aliquo prelatorum vbi status ecclesie decolloratur. xxv. q. j. sunt qui dicunt et. j. q. vij. et si illa et extra de restit. spol. litteras. ¶Item cum eo quibus scienter ordinatur vel baptizatur si ignoranter. j. q. vij. saluberrimum et. q. iij. placuit et de cō. di. iij. qui bis. ¶Item dispensare non potest episcopus symoniachus hereticus vel scismaticus cum clerico q̄ existēs in predictis criminibus ordinauerit licet post modum ad ecclesiam sit cōuersus extra de symo. c. ij. vbi de hoc.

¶De dispensatione ab batis.

DIspensare potest abbas quilibet prelatus conuentualis cum subditis suis in votis quibus se abstinxerunt añ ingressum religionis. xx. q. iij.

UVA. BHSC. IyR_347_2

monacho. quidam tamen dicunt q̄ ipso iure regularis est absolutus a votis hmōi per ingressum. extra de voto. scripture vbi de hoc. t. xxiij. q. ij. admonere. ¶ Item abbas poterit dispensare tam cū monachis qui ante ingressum religionis inciderunt in canonem quā cum illis qui post ingressum dū modo ignoranter ceciderint. puta facti memoriam vel iuris peritiam non habentes post iniunctam t per actam penitentiam regularem nisi factus fuerit grauc extra de sente. excom. cum illorum. §. tria vbi de hoc u glos. t infra quia possunt absoluere illos qui ante ingressum inciderint in canonem t dispensare cum eis. q̄ maius est possint absoluere t dispensare cum illis q̄ post ingressum inciderunt quod minus est vt in dicto capi. cum illorum. ¶ Item in ieiunijs abis t operibus manualibus de con. distin. v. nō mediocriter. t. c. caueret. t. c. nunq̄ extra de statu monacho. cum ad monasterium ¶ Item vt subditum faciat in causa procuratorem. xvj. q. j. monachi. ¶ Item potest recipere subditum suum quem excommunicauit cum manuali promissione sine iuramento extra de sen. ex super eo. §. ¶ Item nec summus pōtifex nec aliquis prelatus potest cum religioso in castitate vel paupertate aliquatenus dispensare extra de statu. mona. cum ad monasterium in fi. ¶ Item dispensatio semel facta non est amplius reuocanda nec iniurie remissio reuocari debet extra de filij. presbi. ex tua vbi de hoc t. liij. q. iiij. §. si illic. Item dispensator tenax esse non debet vbi douacius largus. j. q. vij. exigunt de hoc habes extra de transac. ex parte in glo. b. quia semper in fi. ¶ Item notandum q̄ nisi subsit rationabilis causa. nullus debet petere dispensationem super aliquo voto quia non secus quo ad deum si dispensetur cum eo absq̄ rationabili causa ar. extra de voto non est vbi de hoc in glo. si causa iusta. t. c. j.

¶ De dolo.

Videndū est de dolo quid est dolus malus t bonus. De dolo in contractu aut extra.

¶ Quid sit dolus malus et bonus.

Dolus malus est calliditas fallacia t machinatio ad circumueniendum fallendum t decipiendum alterum adhibita. ff. t. l. j. §. j. ¶ Item est dolus bonus quem quis committit in hostem vnde apls cum essem ab. tutiū dolo vos decipi. Nam dolus aut virtus quis in hoste requirat. xxiij. q. iij. vtilem t. c. iiij. t xxiij. q. viij. vt pridem. ¶ Item bonus dolus est qui fraudem excludit ff. dole. ij. l. cum pater. §. titio. vnde veteres dolum bonum solertiam appellabant t preterea quis dicitur esse bone indolis. j. bonum dolum intus habēs idest solertiam t ingenium. ¶ Iez dolus non est ex presumptionibus ex iudicijs perspicuis pbari debet. C. de dolo. l. dolum t extra de concess. pbē. t. c. postea scrip. t de dona. Inter dilectas vbi de hoc.

¶ De dolo in contractu aut extra.

Dolus autem aut adhibetur in cōtractu aut extra contractu. si in cōtractu it aut det cāi cōtractui bone fidei. hoc est quia deceptus per dolū nō erat alis contracturus nisi dolo ad contrahendum fuisset inductus ipso iure non tenet contractus si hoc velle allegare deceptus si autem ex eo contra.

UVA. BHSC. IyR_347_2

etiu velit agere bene potest. ff. co. ti. l. elegãter. C. ff. de mino. l. in cause si vero deceptus nesciens dolū admisit rem tradit eandem repetit actionē de dolo vnde aut ibi. procedit venditio vbi infirmata secuta est traditio vel infirmandam per actionem de dolo. ff. eod. ti. l. arbi. C. l. quod vēditor. C. l. si legaturus vbi autem deceptus est alis contractus. si dolo alteri⁹ decipitur aut in minori precio contra hanc tenet venditio sed C dolus bonus purgatur per actionem ex eo contractu ex si minus nūm deceptio fit. ff. de act. empt. C ven. l. iul. §. si venditor. C. §. idem iul. C. ff. de dolo. l. si quis affirmauerit sed si dolus det causam contractui stricti iur. vel si inducat in contractu tenet contractus si obstat exceptio in quantū dolosus sibi velit. sibi patrocinare dolum. C. de iuris. stipl. l. dolo vl. xv. q. vj. C. j. de his hēs extra de empt. C vendi. cum vilecti in glo. cum dolus. ¶ Item dolus aduersarij non viciat contractus in spiritualibus contractu al⁹ secus extra de ver. signi. dudum vbi de hoc in glo. nota hic.

¶ Item vbi dolus adhibetur extra contractum vt cadat in speciale nomen maleficij vt furti. vi bonorum raptorum iniuriarum non agetur actio. de dolo. sed illa speciali que prodita ex illo crimine q̄ quando non subuenietur dolum passo in spiritualibus. xv. q. iiij. constituit. Similiter nec in matrimonio extra de conuersione coniugatorum ex parte. C. c. veniens in fine.

¶ Item dolus quandoq̄ non preponderat culpe extra de hīs que metu fiunt dilecti in fi. vbi de hīs in glo. sic patet sed quandoq̄ preponderatur in casu. ff. ad l. aquil. mela. in prin. ¶ Item dolo petit qui restituere tenetur statim. ff. de doli. except. l. dolo. C. l. dolo dare. ¶ Item qui dolo desist possidere condemnabitur tanq̄ si possideret q̄ in casu dolus pro possessione habetur. ff. de reg. iur. lege ex dolo. C. l. patrem C ff. de reiuendi. l. q̄ si dolo. C. l. si autem. §. sed C hīs. ¶ Item dolo videtur aliquis desinere possidere eo ipso q̄ absolumatur dicit se possidere id q̄ tempore contestat. possidebat. ff. de per. habere nec nullum. §. hīs quoq̄ C. l. etiam. §. ¶ Item si quis C lege. sed si lege. §. si autem.

¶ De domicilio vbi quis dicatur habere eum.



Domicilium dicitur proprie vbi vbi quis maiorem partem rerum suarum possidet C assidue conuersatur. C. vbi senatores C clarissimi. l. senatores. ¶ Item dicit quis quandoq̄ domicilium habere vbi manet et si nichil possideat in pria illa. ff. ad municipales. l. municipes. §. miles ar. extra de pro. c. vlt. vbi de hoc. ¶ Item oportet q̄ sit in patria per. x. annos. C. de incol. l. sed cunctis. li. x. ¶ Item domicilium non facit sola domus possessio alicubi comparata nisi moretur in ipsa. vel emat eā causa habitādi. ff. ad munici. l. libertus. §. sola. C. ff. eod. ti. l. assumptio de hoc habes extra de pro. in glo. b. alienus. ¶ Item domicilium dicitur q̄s proprie retinere in loco vnde oriundus fuit. ff. de senat. l. penulti. ¶ Item domicilium potest quis in diuersis locis habere dummodo equaliter in vtroq̄ moretur. ff. ad municipales. l. assumptio. §. iur. prude. ¶ Item translatio domicilij subtrahitur quis quo ad quedam a iurisdictione prioris prelati nisi primo fuisset citatus extra de parrochiis capitulo vltimo vbi de hoc in glo. Ber. qui trans. et de foro com

UVA. BHSC. IyR_347_2

peten. proposuisti.

¶De donatione.

DE donatione videndum est. quid sit donatio. et vnde dicat. De speciebus donationis. Quis possit donare et quis non que res donari non possit Quibus casib⁹ donatio reuocatur. De donatione sub conditione facta ꝓbs locis et non personis de donatione facta propter nuptias.

¶Quid sit donatio vnde dicatur.

DOnatio est mera liberalitas q̄ nullo cogente conceditur. ff. e. tit. l. j. donari. Sola autem ciuilis obligatio precedens non impedit donationez eo ꝙ illa non est efficax ad agendum vel retinendum vel etiam constituendum. ff. de consti. pec. l. iij. §. j. sed naturalis sic que sufficit ad constituendum. ff. de cōstit. l. j. §. debitum. ¶Itez mera debet esse donatio quia si ex donatio necessitate fiat non erit donatio quia nō lib. ff. de adimendis legatis. rem legatam. ¶Item in meris donationibus actio de euictione non locū habet. ff. de edil. edic. l. ad res donatas. ¶Item dicitur donatio a dono quasi doni datio. ff. donati. cā mor. l. senatus. §. j.

¶De speciebus donationis.

DOnationum alia simplex. alia ob causam. simplex est que causaz nō habet ob causaz est donatio causa mortis vel propter nuptias. Gorb. ¶Item donatio inter vivos est qñ rem quam dono magis volo illum habere cui dono quam me ipsum. Sed donatio causa mortis est quando rem quaz dono malo me habere quaz illum cui dono. Sed magis illum cui dono quaz heredem meum. ff. de dona. causa mor. l. j. de hac donatione require in tractatu de oblatione.

¶Quis donare potest et quis non.

DOnare non potest monachus vel conuersus q̄ nihil habet. liij. dist. abbati. ¶Item nec abbas seruum ecclesie donare potest. quia nulla donatione necessaria est compensatio sic vt dentur ecclesie duo serui eiusdem meriti et pecuniarij. xij. q. ij. ꝓbs qui mancipiū als autē res cum consensu capituli vel solus donare potest. Sed tñ solus donat donare rei quantitas et illius terre consuetudo est diligentius attenda et sc̄m hoc donum est ratum vel irritum iudicandum extra de donatio. ceterum. ¶Item donare non potest minor. xxv. annis. C. si maior. fa. alien. raha. l. vlti. Item nec furiosus prodigus t hīs quibus bonis est interdictuz. ff. e. ti. l. modestinus. t. ff. de decurio. furi. l. iul⁹. ¶Item nec is cui interdictum ē alienare vt quia cōmisit crimē lese maiestatis vl̄ est hereticus. C. ad. l. iul⁹. maie. l. vlti. C. de hereti. mani. l. manicheꝰ et. vj. q. j. §. verum. t extra de hereti. ad abolendam. t. c. vergentis. In alijs autem criminibus post sententiam quis non potest donare. ff. e. ti. l. post contractum. t. l. donatiōes. §. vlti. ¶Item donare non potest seruus nec filius familias. ff. e. ti. l. filius. Similiter nec pupillus sine auctoritate tutor⁹. ff. de acquirerum dota. l. pupillus. 8of.

¶Que res donari nō possunt.

DOnari non potest qō in alterius ōm transferri non valet. ff. e. tit. l. in edibus. §. vlti. ¶Item possessiōes ecclesie sine consensu capti a prelato donari nō possunt nisi res sit modica. extra de donationibus paternitatez. t. c. pastoralis. preter quinquagesima et cētesima. extra de his q̄ fi. a pre. c. pasto. ¶Item que in enormem ecclesie deueniunt lesionem donari nō possunt. extra de donatio. fraternitatem. Sed q̄d si per plures t modicas donationes ecclesia graviter ledatur cum nulla illaz pro se illatura sit detrimentum dicunt quidez ꝙ omnes reuocari debent. ar.

UVA. BHSC. IyR_347_2

ff. de iure patronatus. l. si libertus alij dicunt et melius q̄ si omnes tales donationes aggregare excedatur quisqua gesimam vel centesimaz illud excedēs reuocari debet argu. C. quando et quibus quarta pars debeatur. l. ij. vel. xij. illud enim reuocandum est quod detrimentum inducit. Sed. C. de donat. l. si quis argentum. et. xij. q. ij. si quos. z. ff. de iure patronatus. l. si libert⁹. ¶ Item illa donatio que summam quingentorum aureozum excedit scripturam requirit. C. de dona. l. penul. §. vlti. notat autem hec scriptura insinuatio quia si fiat in actis non est necessarius adhiberi testes cum publica sufficiant munimenta. C. eo. titul. l. in donat. alie vero donationes que infra predictam quantitatē subsistunt sine scriptura fieri possunt. C. eo. ti. l. extraneos. ¶ Item donationes que in priuatus a principe fiunt cuiuscūq; q̄litatis sint, valent etiam sine scriptura. C. e. ti. sancimus. respō. et econuerso que fiunt in principe a priuatis. C. codē titulo. l. sancimus in auctē. ¶ Item et a priuatis. ¶ Item cū donatur pijs locis similiter valet quia in huiusmodi optima est mensura rez donatarum immēsitas in auten. de nō alie. aut permu. re. eccle. §. sancimus. colla. ij. ¶ Item perficitur donatio nudis verbis vt institu. eo. titu. §. perficiūtur consensu. autem donatozis et donatarij interueniente. alias secus. ff. de actio. et obli. l. obligationum substātia. ¶ Item tenetur donator ad rem tradendam. institu. eo. ti. §. perficiuntur. et. C. e. tit. l. si quis argentum. §. vlti. et si res euincatur non tenetur. donator de euictione. ff. eoē. titu. l. aristo. pacto conuenerit. C. eo. titu. l. j. vel nisi donatio a promissione inceperit vt. ff. de verbo. obliga. vbi autem non apparet. §. vlti. ¶ Item tenetur donator ad q̄d faccre potest. i. habita ratiōe sui ne egeat. ff. de re iudi. l. sunt qui z. l. inter eos et. l. ne seruus.

¶ Quibus causis donatio reuocatur.

DOnatio extraneo facta reuocat ex ingratitudine quattuor. ō causis. l. si donatarius impias manꝰ in donationem iecit ipsum vulnerādo vel atrocem iniuriam intulerit ei vel graue damnum seu iacturam rerum suarum intulerit ei. vel insidiatus est vite ipsius propter quas causas p̄terea etiā iur ad secundas nuptias transiens donati factā filio reuocare. C. de rei. do. l. si hoc z in auten. de nupt. §. mat. z extra de dona. c. vti. vbi de hijs in glo. diuersis. ¶ Itē reuocatur donatio facta libertis tota propter liberos susceptos post modum a patre. C. de re. do. l. si in quam z. xvj. q. vlti. c. vlti. alīs non reuocatur tota. C. de in offi. do. l. si totam. ¶ Item reuocatur donatio cum quis donat aliquid suo liberto z obsequiuz debitum non prestatur. C. de reuo. do na. l. j. Sed nō licet in hoc casu donatio reuocetur non nīi libertas. C. de liberali causa. l. causa. similiter reuocat propter pacti turpitudinē extra de symo. de hoc autem. z. c. audiuimus. Similiter propter dari enormitatez. xvij. q. iij. si quis irascitur. Similiter propter suspitionem fraude. xvj. q. vlti. constituit. Similiter propter superuenientem filiozum nati uitatem. xvij. q. vlti. q̄cunq; Similiter propter causē defectum extra de cleri. coniuga. q̄ te. ¶ Item donatio perfecta nō reuocatur etiaz pretextu imperialī rescrip. C. de reuoca. dona. l. si donatoz nisi propter culpaz donatarij vt superius est expressum. Item reuocatur donatio vti rei vendicatione vel cōditione. existēte. l. C. de reuo. dona. l. hic solus de hoc habes extra de donati. c. vlti. in glo. b. hoc decretum. Item reuocatur donatio. z non valet si

UVA. BHSC. IyR_347_2

fiat inf. ordine nō seruato extra de dona. pastoralis vbi de hoc. q. ij. q. ij. si in exceptione. ¶ Item potest donatio reuocari si fiat per prelatum in magnū damnū ecclesie vel per successores eius nisi modicum de consuetudine donaretur extra de dona. c. ij. vbi de hoc. et. c. ceterū vbi de hoc in glo. et. c. it videtur ¶ Item reuocātur donationes facte in filium emancipatum propter. v. causas quarum quattuor continentur extra de doñ. c. vlti. vel nota. C. de reuo. dona. l. fi. vt si in parentes impias manus iniecerint aut sibi atroces iniurias seu graue rerum suarum damnum vel vite periculum inferre presumpserit quinta est si non compleantur conditiones in donatione adiecte. ¶ Sed mater que filio donauit q post modus ad secundas nuptias transiuit. ex tribus tantum causis donationem. poterit reuocare. l. si vite eius insidiat' est. Si atroces man' in eam intulerit. Si rorius substantie ipsius molitus est iacturam. C. de reuoca. donat. l. fi. in auten. hec quoq;.

¶ De donatione facta sub conditione.

DOnatio sub cōditione facta non tenet nisi adueniente conditione vel ea impleta. ff. de condi. et demō. qui heredi. §. vlti. et. l. sub condit. fit autem donatio sub conditione ita dono tibi hoc vel lego si feceris hoc vel illud donatio vero sub modo fit ita. do tibi hoc vt in singulis ānis facias hoc vel illud et hoc non reuocatur q̄dū modus seruatur modo illo non existēte donatio reuocari potest. C. de doñ. que sub modo est. l. j. et. ij. extra de condi. ap. verum vbi de hīs in glo. Si quis donet. et de donati. c. vlti. vnde ꝑsus. Sato quod vt modus est si conditio quia causa.

¶ Item donatio que alienari prohibetur a donatore alienari non potest. In auctent. de aliē. et permu. l. contra. §. sanctissimos. argu. extra de condit. apo. verum vbi de hoc fallit hoc in causam de quo require in tractatu de condu. vbi de hoc.

¶ De donatione facta pijs locis et personis.

DOnatio facta de ecclesijs non vacantibus ab episcopo vel eius auctoritate religiosis locis valet et tenet. ita quod post decessum prelatorum qui eas tenēt minis cedūt religiosor q̄ dū viuunt prelati illi sine causa spoliari nō debent. extra de dona. consultationib' ¶ Item donatio vel concessio ecclesijs facta et non personis perpetua est et nō reuocatur. extra de hīs que fiunt a prelatua nos. vbi de hoc. et. c. cum apostolus. ¶ Trez si fiat personis sine temporis prefinitione durabit ad eorum vitam. xx. q. ij. § hoc ius.

¶ De donatiōe facta post nuptias.

DOnatio dicebatur olim ante nuptias eo q̄ ante nuptias fiebat hodie vero dicitur propter nuptias. quia fit ante nup. et post insti. de dona. §. est et aliud. Mulier enim primo facit donationem viro propter nuptias id est constituit dotem. vir autem facit aliam donationem vxori. C. de donatio. ante nup. l. cum multe. ¶ Item donatio q̄ fit vxori a viro non indiget insinuatione q̄uis quingentos aureos excedat. C. de dona. ante nupt. auten. in eodē cursu. q̄ proderit mulieri et non viro quia si pactum factum fuerit de dote et donatione lucrandis mulier in donatione lucrabitur vltra quingentos aureos. In dote in autentica eodem cursu. ¶ Item donatio propter nupti-

UVA. BHSC. IyR_347_2

as fit a sponso vel ab alio eius nomine sponse vel alij pro ca. ff. de iure. do. l. p fectiue. respō. j. §. p si quis patri. ꝛ §. ſz curatores. ꝛ extra de dona. propter nup. ꝛ si necesse ꝛ. cauper. ¶ Item donatio propter nuptias inducta est vt subueniatur mulieri per eas quia soluto matrimonio per donationem prouidebitur mulieri vt salua sit ei dos sua. alias vero sicut soluto matrimonio dos ad mulierem. ¶ Sic et donatio propter nupitas redit ad virum vel eius heredes. C. de pact. conuen. super dote. le placet. ꝛ viri. nisi expacto. deducrāda dote vel donatiōe de consuetudine seclis oprineat approbata. extra de dona. inter virum et vxo. ca. vlti. ꝛ. c. donatio. §. sane ꝛ de emp. ꝛ ven. quenit vbi de hoc. ¶ Item fructus donationis propter nuptias nō vxor. Sed vir percipiet ad sustentationem sui ꝛ vxoris et familie sue. pter onera matrimonij. suppoꝛtanda extra de dona. inter virū ꝛ vxo. per nostras ꝛ de vsuris salubꝛiter.

¶ Item huius donatio alienari non potest etiam consentiente vxore nec̄ currit in hoc pscriptio nisi soluto matrimonio. Sicut nec in doralibus rebus. C. de redo. l. in rebus. ¶ Irez alie donationes preter supradictas prohibite sunt inter vxorem et virū ne amore mutuo se spoliarēt. ff. de dona. inter virum et vxorem. leg. j. Sed hoc de illa donatione intelligitur ex qua donatarius locupletior ꝛ donator officit pauperior extra de dona. inter virum ꝛ vxorem donatio alias secus i casu vt si donator efficitur pauperior donatarius autem non fiat locupletior tunc valet donatio. ff. de dona. inter virum ꝛ vxorem. l. si sponsus. §. si marit⁹ ꝛ. §. similiter. l. quod aīt. §. si maritus ꝛ. C. eo. ꝛ. si maritus. ¶ Item licet donatio inter virum et vxo. facta pstante matrimonio nō valet tamē si talis donatio maneat in vita donatoris eius obitu confirmatur extra de dona. inter virum et vxo. donator. ꝛ. C. eo. titu. l. j. ꝛ. iij. Si fiat donatio causa mortis eo animo vt si statim efficiatur donatarius domin⁹ Sed mortuo donatore tātum sine eo animo fiat vt statim fiat domus is cui dona. ff. eo. ti. l. si inter quatuor. §. j. ij. Item hec donatio reuocatur quando ꝙ tacite. et expresse vt si premoriatur is qui donatus accepit extra de dona. inter virum et vxorem donatio. ¶ Itē tacite reuocatur per diuortium ne cuꝫ socris nuntium repudij mittat nurui cui donauerat vt. ff. eo. titu. le. cum hic status. §. si socer. ¶ Item expresse reuocatur hec donatio per penitentiam in mor. vt in predicta. l. §. j. Similiter si res donata alienetur. C. eo. titu. l. si maritus. ¶ Item donarij videbitur indebitum. Scienter solutum ꝛ ideo reperi non potest. ff. de reg. iur. le. per crorem ꝛ. ff. de condi. inde. l. j. ꝛ. C. eo. tit. indebitus. Itē donatari⁹ vtiliter ad antidotum obligatus est donatori. C. de pe. here. sed ꝛ si. §. consuluit. ꝛ. xviij. q. j. illud. ¶ Item donatio valet si sup hoc consuetudo non esset.

¶ De dote quid sit et quot sint eius species.

DOs est quedam donatio a parte mulieris parti viri facta pro oneribus matrimonij sustinendis ꝛ est ꝙsi patrimonium mobile. ff. de vniuer. le. deniq. §. pinde. De speciebus dotis

EOtis species duc sunt. scilicet pfecticia que a patre p filia ab auo pro nepote vel de bonis eoꝝ proficiscuntur vel quis alius de mādato ipsorum constituit vt. ff. eo. l. perfecticia.

¶ Itē dos aduēticia est ꝙ mulier dat pro se ipsa vel alius a patre vel aliquo ascēdentiū sine pater sine aliunde vel quis alius. ¶ Item pfecticia reddit ad patrē mortua in matrimonio filia. C.

UVA. BHSC. IyR_347_2

so.ma.l.dos.si tamen liberi extarent tunc in actione succederent quia dos est proprium matrimonii vxoris. ff.ō vnīuer.l.dēmēs.§.vtrum & liberorum ēss prima successio instit. de heredi.qua li.edifi.§.si autem. Si vero diuortium fiat viuente patre et filia. dos reddenda est patri et filie.ff.solu.ma.l.h.& le. post dotem vel saltem filie.cē.eo.titu. c.j. Si vero dos esset aduenticia tantū mulieri reddatur.ff. soluto matrimonio.l.quo.§.j. Quidam autem dicunt ꝙ semper talis dos redit ad patrem in distincte.C.de re.vxo.act.l.vna.§.si ea ¶Item si mulier non decedit sine liberis tunc dos. remanet penes liberos. ff.so.ma.l.post dotem. Si vero sine liberis decedat tunc dos redit ad patrē et hec opinio est vera. ¶Item dos cōstante matrimonio repetit in casu. scilicet cum maritus ad inopiam vergat secundum quosdam. C.de iure.do.l.ni si & in auten.de equalis. do.l.vlti.coll. vñ.vel est dos.sequestranda cū vir suus suspect⁹ habet de dissipatiōe.ff.so.ma. l.si cum dote.§.si maritus in fi.& extra eo.titu.p nostras et extra de sequestra ca.vlti.sed hoc quibusdam non placet cum vxor non teneatur alere virum egentem.ff.de iure.do.l.mutus.§.manente et exponunt leges predictas nō de viro qui ad inopiam vergit sed de illo qui dilapidat bona sua.ar. extra eo. titu.per nostras. ¶Item si dos est in possessionibus. i. in rebus mobilibus statim soluto matrimonio restitui debet. Si vero in rebus mobilibus tunc intra annum restituitur. C.de rei vxo. actio.l.j.§. cum autem fructus autem si ante matrimoniū. sunt percepti augent dotem. Si vero post cedunt viro. ff.de iure.do.l.dotis fructus. ¶ Si maritus impensas fecit in rebus mobilibus necessarias computabit et dotem minus vtilem repetet actione mariti vel negociorum gesto. voluntarias tollet absq; mutatione prioris status & rerum.ff.de impen.in rebus do.fac.le.j. ij.& iij. ¶Item maritus non condemnatur in dote reddenda nisi in ꝙtum potest habita ratione ne egeat. ff.de reg.iur.le. in condemnationes & l.sunt qui cum legibus sequentibus. ¶Iures equitas inter dotem et donationem propter nuptias in qtruor casib⁹ obseruatur. scilicet in constituendo in pacto de lucrando in augendo & in quantitate. Sed in hoc vltimo membro equalitas secundum consuetudines obseruatur. extra.eo.titu.ca.vlti.§.sane & C.ō pact.quem.super dote.l. ex morte et in auten.equalitas & augmentus. ¶Iterē si dos existimata donetur tam lucrum ꝙ damnum pertinet ad maritus sicut ad rei emptorem nam existimatio vēditionem facit.ff.de iure.do.l.plerumq; & l.l.sequenti. ¶Item si in estimata detur tunc damnum & lucrum rerum spectat ad mulierem preter fructꝰ qui cedunt marito pro honeribꝰ matrimonii supportādis de iu.do.l.p honeribꝰ ¶Item lucratur maritus dotē & vxor donationes propter nuptias ex pacto conuen.l.ex morte & C.de dona. ante nupti.l.vlti.§.pactum. ¶Item lucratur ex consuetudine extra de dona. inter virum & vxo.donatio.§.sane et nota ꝙ nisi pactus interuenerit de lucrādo dotem post mortem tenet pactum siue alter moriatur siue monasterium ingrediatur. C.de episcopis & ecclesiis. l.deo nobis. ¶Item lucratur dotem propter adulteriuz. extra de donatio. inter virum et vxo.plerumq; etiam si consuetudo obsistat. extra de. consue. ex parte.& C.de iure.do.l.si dotem.

¶Item expedit mulieribus dotes suas saluas habeere vt nubere possint. ff. de dissol.matrimo.l.j. ¶Item dotalis fundus transit cum vniuersitate. ff.de

UVA. BHSC. IyR_347_2

fundo. do. l. j. De dubio.

Dubius in fide quantuz ad articlos fidei spectat infidelis est extra de heret. c. j. ar. ti. q. j. omne qō. ¶ Item dubia interpretari debēt in deterioꝛem partem quandoq; vt cum episcopus dimissa ecclesia sua transit ad aliā p̄sumitur quod hoc faciat ambitiōe maioꝛis dignitatis z quandoq; in melioꝛem de p̄mo. ar. extra de cleri. non resi. ca. j. vbi de hoc in glo. ambitio. De scō. extra de reg. iur. estote vbi ō hoc. ¶ Item in dubijs est via tutioꝛ eligenda. extra de sepul. sacris. z homici. significasti. ¶ De duello. ℞.

Duellum est pugna singularis que fit ad probationem rei alicuius. ita vt actoꝛ per hunc modum si viceris probasse credatur. Si vero non viceꝛit in probatione defecisse putetur z dicitur duellum quasi duoꝛum belluz Similiter dicitur monomachia quasi singularis et vnica pugna amonos q̄ est vnus z machia q̄ est pugna. ¶ Ītē duellum nullus iudex offerre debet ali cui vel oblatum recipere cum hoc fieri non posset sine peccato. quia in eo deꝛentratur. xxvj. questio. v. Ita nec extra de purga. nul. per totum. z. ti. q. v. monomachia. ¶ Ītē nec obstat exempluz dauid pugnantis cum golia. ñ. questi. v. monomachia quia p̄uilegia pauco rum non faciunt legem cōmunē. xxvj. q. ñ. non exemplo. ¶ Item non obstat q̄ crimen maiestatis dicitur crimen p duellionis quasi p̄bari possit per duellum sicut quidam dixerunt et male quia crimen per duellionis dicitur crimen hostis vel hostile. ff. de verborum signi. l. quos nos hostes. ¶ Item nec duellum licitum est laycis sicut quidaz dixerunt. quia cum deus teneꝛetur in bijs et sine peccato fieri non possit omnibus p̄hibeꝛetur vt dictum est supꝛa nisi cum innocens accusatur de crimine ad moꝛtem q̄ si duellum oblatum recusauerit. statiz suspenderur vnde durum videtur dicere q̄ talis teneat potius sustinere suspendiū q̄ se defendere in bello et ita quidam distinguunt inter suscipientes duellū oblatum in cā criminali et suscipiētem in causa ciuili de rēporalibus rebus et dicunt q̄ in p̄mo casu licitum sit suscipere duellum. Sed non offerre in secundo vero casu nec suscipere nec offerre licet quia potius debet quis q̄ licet damnum reruz temporalium pari iquam duellum suscipere quandocunq; oblatum. Quidā enim dicunt q̄ est res suas licetat layco armis defendere et eas defendendo paꝛoches occidere. Si aliter defendere nō posset. quare similiter non poteſt eas defendere quando non ipse offerret. Sed quando a iudice offertur vel potius infertur. et ideo dicunt q̄ hec opinio sit potius tenenda. cum rario ne non caret z q̄ sit benignioꝛ q̄ p̄ma ne videamur damnare omnes illos qui se vel res suas in duellum defendūt sacerdoti autem non licet duellum offerre vel oblatum suscipere nec in causis criminali nec in ciuili. ¶ Item capellani z clerici regulares siue religiosi siue episcopi habentes regulā z iurisdictionem temporalem sicut p̄incipes seculares qui in curia regis seu alterius p̄cipis suscipere coguntur duellum aut res amittere temporales vt perdere feduz si in bōs casibus offerant vel suscipiūt duellum vel per se vel per alios de spirituali mandato ipsoꝛum aut iudicat meuꝛtis suis inter subditos suos aut p̄stant auctoꝛitatem spetialem iudicantibus peccant moꝛtaliter secundum quosdā et efficiūt irregulares. si moꝛs inde sequatur. Sed si talia fiant p̄ yconomos seculares seu balliuos vel pꝛe-

UVA. BHSC. IyR_347_2

positos prelatorum t dictorum clericorum sine speciali mandato eorum dicunt q̄ licz hmōi episcopi capitula tabbates grauiter mortaliter que peccent talia fieri sustinendo in curijs suis siue balliuorum suorum t dissimulando cū fiant non cum incurrunt irregularitatem ex quo non prestāt. super hoc auctoritatem vel speciale mandatum licz generaliter precipiant suis balliuis q̄ iusticiam faciant qua in tali generali mandato non intelligit aliquid mandare de duell'. iudicandis offerendis vel subeundis t in hmōi casibus si rex vel alius princeps velit partez ecclesiasticā compellere ad duellum vel propter recusatum duellum auferre sibi bona ecclesie siue sua debent inuicem viriliter episcopi se iuuare dicunt etiam q̄ in omnia mala potius tollerare debent. t feuda q̄ terras amittere q̄ tali modo consentire dicunt etiam q̄ in publicis predicationibus potest insinuari secularibus rusticis et plebibus. duz tamē moderate et modeste. et quasi per modum compassionis dicatur eis q̄ qui hoc faciunt non sunt in statu saluando rū t hoc p̄sertz in hīs locis vbi sup hoc credūt iur[ignorātia laborare q̄ ignorātia epis t abbatib' t cetet[ecclesiasticis personis nō est tollerabilis quicq̄d sit de secularibus. et que dicta sunt intelligas similiter de iudicio ferri calidi et aque frigide t aliis publicis iudicijs.

¶ Itē nec cōsuetudo. nec mos iuuat in duello vt quidam quādo mos erat crimē non erat vt. xxij. quest. iiij. obiicitur. Sed quedam diuina reuelatione concessa fuerunt vt de pluribus vxoribus patriarcharum et tunc intelligas illud quando mos erat crimen non erat et ideo oēs peccāt q̄ duellum offerunt siue recipiunt oblatum t si sacerdos illud fecerit. debet deponi de rigore iure. extra de clericis pugnātibus in duello. c. j. nec dispēsatur cū eo si mors vel membri inutilitati inde fuerit subsecuta alias vero bene posset cuz huiusmodi episcopus dispensare extra. de clerico pug. in duello. ca. ij. sed qui suscipit inuitus iudice deferente propter pericula corporis vel rerum licet non excusetur a toto excusatur tamen a tanto propter metum extra q̄ metus causa sacris et de homicidio interfecisti.

¶ De ecclesia.

Icendum est quot modis sumitur ecclesia. q̄ ecclesia romana ē caput omnium. Oō ecclesia religiosa non debet clericis secularibus assignari. Quod ecclesia fungitur multiplici iure q̄ cathedralis ecclesia debet vocare predicatores ad predicandum t ad penitentias dandum. Quod plures ecclesie non debent simul haberi et de vnione ecclesiarum t de ecclesijs edificandis.

¶ De ecclesijs edificandis scilicet cuius auctoritate sit ecclesia edificanda t ex qbuslibet causis

Ecclesia est auctoritate episcopi cōstruenda qui primarium lapidez ponere debet dō re tamen ab edificatore primo assignata de consecratione. distin. j. nemo. ¶ Item postquam quis incipit ecclesiam edificare cōpellitur cōsummare vsq̄ ad. v. annos vt in auten. de ecclesijs titulis. §. si quis' edificationez. ¶ Itez si portio sine dos fabrice deputata sufficiat ad reparationem ecclesie is qui eaz recipit reparare tenetur. iij.

UVA. BHSC. IyR_347_2

quest.iij.vino t.q.j. decernun⁹ et extra eo.titu.de hijs si vero non sufficiat.tuic rectoz t qui beneficium habent ab ipa ecclesia illam reparare tenentur extra eo.titu.c.j.t.c.de hijs.t.xvj.questio.j.si monachus. ¶Item cause propter ꝙs possūt nouę ecclesie construi ꝙuis in ꝑ iudicium antiquaruz sunt tres scilicet temporis qualitas.vij.quest.j. temporis qualitas. Similiter incrementum populi.x.quest.vj.felix t c.multis.ac.ꝑcipimus. Similiter ecclesie distātia vel difficultas accessiōis.extra.eo.titu.ad audientiam. ¶Item sine ꝓciudicio alterius ecclesie licet episcopo ecclesiaz nouam construere pro sua sepultura. xij.quest.ij.bone rei extra de dona.apostolice. ¶Similiter quilibet priuatus masculus vel femina potest ecclesiam siue oratorium construere sibi de licentia sui dyoce.de con.distin.j.vnicuiq; et t.c.si quis etiam t.xvj. quest.ij.religiosam. ¶Item si tota ecclesia destruatur vsq; ad fundamēta ut reedificanda necessaria est auctoritas dioce.xvj. quest. vlti.si quis vult secus tamen est in edificatione ecclesiarū si non est dirupta tota.ex.de iudeis consuluit t.c.iudei.

¶De immunitate ecclesie

Videndus est de emunitate ecclesie quid sit.t vnde dicatur quaz emunitatem habeat ecclesia vel ministerium ꝙ homines et res ecclesiastice vel mansus eius. Que pena violantiz emunitatem eiusdem.

¶Quid sit emunitas t vnde dicatur.

Ecclesiarū emunitas est ꝓuilegiū ecclesiastice libertatis personarū et rerum ad eam ꝓtinentium. ¶Item dicitur emunitas quasi extramunia.i. munera t officia a quibus sunt immunes ecclesie. Non em subit ecclesia sordida munera vt calcis coquēde t hare ne fodiende. sed ab hijs causa ecclesie ꝙ ipsozum predia t mancipia ipsaruz exempta sunt vt.xvj.q.j.§.nouarum.

¶Quid est ecclesia t vnde dicatur.

Ecclesia.i.ipse locus consecratus emunitatem habet vt nullus inde pervim extrahatur nisi in casibus si ille videlicet qui confugit ad ecclesiā sit publicus latro aut nocturn⁹ populator agrorum qui agros militum vel priuatorum de nocte populatur et itinera frequētata vel strata publices que quasi loca sacra habentur insidijs aggressionis obsidet t talez potest quilibet auctoritate sua de ecclesia extrahere t punire t non prestita impunitate sicut notauit.b.xvij.quest.iij.sicut antiquitus.hētur.C.quādo vnicuiq; licz sine iudice se vindicare.leg.j.ct.ij.t expo. xxj.ca.si quis publicus latro vl nocturnus populator agrozum t extra.eo.t. inter ¶Item si committit homicidium vel ad aliquod maleficium in ecclesia ipsa tunc non debet defendi ab ecclesia cum eam violauerit.ar.xxij.q.ij.de viro t extra de ap.an sic t de vsuris quia frustra.indignum est enim eis ab ecclesia subueniri per quos constat in ecclesia scandalum generari. extra ne clerici vel monachi sacerdotib⁹ t.xvj.q.iij. frater t extra.e.titu.immunitatem. ¶Item si seruus prestita securitate rectoribus ecclesiarum de impunitate t de omni genere penarum nō vult exire statim statim reddatur domino eri am inuitus. xvij.quest.iij.metuentes t.c.constituimus extra.eo.ti. ¶Item ea que in ecclesia posita sunt nec per furtum sunt inde auferenda et qui abstulerit cayt sacrilegus iudicatur.xvij. questio.iij.sicut quisquis. Sed quid de iudeo vel pagano vel excommu

UVA. BHSC. IyR_347_2

nicato si confugerit ad ecclesiam numquid defendet ab ecclesia a mutilatione vel morte. respondeo satis credo q̄ sic de pagano et iudeo. de excommunicato autem dubium est quia cum sit extra ecclesiam numero et merito et magister peccauerit in eodem genere peccati q̄ iudeus vel paganus quia meli⁹ est inani marri ⁊c. aliud etiaz secundū quosdam. quo ad hoc de illo ⁊ aliud de iudeo ⁊ pagano dicendum est tñ quod idem debet esse iudiciuz de vtrisq; de iure consuetudinem tamē religionis approbatam quo ad hoc sequi debemus

¶Item nullus mortuus infra ecclesiā sepeliatur nisi episcop⁹. vl' abbates aut digni presbyteri vel fideles layci. xvij. q. ij. nullus fideles autem laycos intelligunt quidam qui faciunt miracula alij tamen intelligunt de quolibet layco si deli ita tamen q̄ eius fides et bonitas sit manifesta. ¶Item in choro ecclesie non mozentur layci cum clericis. extra de vita et hone. cleri. c. j. et de consecra. dist. ij. sacerdotes. ¶Item ecclesia ius seculare habitaculum non conuertatur sicut nec vasa nec vestimēta. nec cetera ornamenta debent polliri in nuptiarum conuiuijs. vel alijs secularibus vsibusue transgredientes sentiant vltionem que balthasar percussit. Danie. v. et de consecra. distin. j. lingua. et in. x. c. sequenti. Si tamen legatus apostolice sedis vel archiepiscopus reciperetur ab episcopo vel capitulo alicuius ecclesie vel monasterio bene posset ornari domus ecclesiastica in qua reciperentur cortine et ornamenta ecclesie. ¶Item ecclesia nō pōt vendi. ppt aliquā necessitatem i auten. de alie. emphi. §. et quoniam. et §. item in domibus ecclesiarum et multo magis i ecclesia placita secularia nō unt fauenda maxime de causa sanguinis. extra. eodem titulo. c. j. et. c. ecclesia

¶Item ludi theatrales cum laruis et similibus inhonestis in ecclesia fieri p hibentur. extra de vita et hone. cleri. cū decorem. ¶Item eandem immunitatem habet cymiterium q̄ habet ecclesia vt eisdem capitulis colligi potest nisi in duobus casibus id scilicz laici mortui bene possunt in cymiterio sepeliri cum clericis et viuentes possunt stare i simul cum eis sine adorandum siue ad officium sepulture. ¶Item emunitates iste que predicte sunt videtur q̄ debeant intelligi de ecclesijs consecratis. xvij. q. iij. si quis inuentus. et. xxx. q. ij. que semel et de cōsecratione dist incrto ne. j. lingua. tamē propter magnum periculum q̄ inde sequeretur cum pauce sint ecclesie consecrate respectu aliarum et quia ex hoc honor ecclesie vilesceret et muneretur deuotio laycorum expedit enim est hodie de non consecratis extra eodem titulo ecclesie dumtamen edificate sint auctoritate dyocesanorum in dyocesibus suis. argu. extra de reli. do. ad hoc. ¶Item nunquid priuata oratoria que homines in suis domibus habent hac emunitate gaudebunt vt i auctori. de ecclesiasti. ci. §. si quis in sua domo et. §. si vero col. ix. et extra de cēsi. c. vlti. et dicendum q̄ non. ¶Item ecclesia interdicta sicut et clericus interdictus ⁊ suspensus retinet priuilegium immunitatis predicte vt. lxxxj. distinc. dictum. ¶Item pallatium episcopi habet eandem immunitatem quo ad cōfugientes ad ipsum vt ibi defendatur. iuxta formam predictam. xvij. q. iij. inter constituimus maxime secundum quosdam quando palatium est iuxta ecclesiam. argumen. xli. distinctio. episcopus.

¶Item ecclesia defendit ad se confugientes quantum ad mortem et mutilationem membrorum. vnde recepta ydonea cautione super vitam membris reddet eos puniendos in pecunia vel i rebus.

UVA. BHSC. IyR_347_2

¶De emunitate ecclesiasticorū personarum.

